WINTER

LE PARFAIT

CAVALIER

GEORGII SIMONIS WINTERI

EQUES PERITUS

ET

HIPPIATER EXPERTUS.

Oder

Wolberittener Cavallier

Und

Wolerfahrner Roß-Artzt.

In zweyen Sprachen.

Georg Simon Winters Wohlberittener Cavallier.

Cornelius Nicolaus Schurtz Sc. Norinbergæ.

GEORGII SIMONIS
WINTERI,

BELLEROPHON,

SIVE

EQUES PERITUS.

Hoc eſt:

ARTIS EQUESTRIS
ACCURATISSIMA
INSTITUTIO,

Opere bipartito, ſeu duobus Libris,
abſoluta:

Quorum prior modum explicat, quo dextrè quis Equum conſcendere, vel decorè deſcendendo relinquere, adeoq; ſecundùm omnes palæſtræ hujus præceptiones (ſ. Lectiones) nobili hoc armento excellenter uti; nec non decurſionibus ad Annulum vel Quintanam, haſtiludiis, & torneamentis, aliíſve Generoſorum exercitiis equeſtribus, decenter, atque glorioſè defungi queat; Heroinis item, illuſtribus ac nobilibus fœminis, commodâ & gratioſâ equitatione per agros, vel ſtadia aliquot, ſpatiandi rationem commonſtrat;

Poſterior autem, quomodo indomitus, intractatus, atque iners Equus, ad equitatum, vel venatum, erudiendus ſit, oſtendit; inſuper & de frænis, quibus eum induere oporteat, peculiariter, copioſè, ac luculenter diſſerit:

Quibus omnibus perlongo atq; experientiſſimo uſu, creberrimoq; Autoris exercitio, inveſtigatis & probatis, ex ejusdem inventu rariores, nec unquam viſæ hactenus, Figuræ ſ. imagines acceſsêre, regulis ſcilicet ac præceptis ejusmodi illuſtrandis utiliſſimæ:

In gratiam publicæ ſtrenuitatis luci publicæ expoſita, nec vernaculo tantùm; ſed in uſum Exterorum Latino etiam ſermone deſcripta.

NORIMBERGÆ,
Sumtibus WOLFGANGI MAURITII ENDTERI, & Hæredum JOHANNIS ANDREÆ ENDTERI.
ANNO M DC LXXVIII.

Georg Simon Winters
Wolberittener Cavallier:
Oder
Gründliche Anweisung
Zu der
Reit- und Zaum-Kunst/
In Zwey Theile abgefasst:
Deren Erster

Nicht allein einen jungen Cavallier belehrt / mit Rittermässiger Zier- und Wolständigkeit auf- und abzusitzen / und in allen Reuter-Lectionen die Vollkommenheit zu erweisen / deßgleichen im Ring-Rennen/ und andren adelichen Exercitien zu Roß/ die behörige Geschicklichkeit zu leisten; sondern auch den Damen mit Bericht aufwartet/ wie sie sich/ zum Spatzier- oder Land-Ritt füg- und zierlichst haben zu bequemen:

Der Andre aber

Weiset / wie man so wol ein rohes und unberittenes / als ein Schieß-Pferd / abrichten müsse; giebet auch dabeneben insonderheit/ von der vollkommenen Zäumung der Pferde/ einen ausführ- und wolbegreifflichen Unterricht.

Aus langer und eigner Erfahrung / von obbemeldtem Authore aufgesetzt/ auch fleissiger und genauer / weder sonst bishero von jemanden/ beschrieben / dazu mit gar seltenen/ vorhin nie gesehenen/ sondern von Ihm allererst erfundenen/ Figuren / beleuchtet / und den Liebhabern dieser adelichen Kunst/ durch offentlichen Druck/ fürgestellet.

Nürnberg/
Verlegt durch Wolffgang Moritz Endter / und Johann Andreæ Endters Sel. Erben.
ANNO M. DC. LXXVIII.

An den Kunst-verständigen Leser.

OBschon/ vor vielen Jahren/ unterschiedliche Reit-Bücher/ zwar mehr in Form einer Erzehlung/ als Kunst-richtigen Unterweisung/ in sehr dunckeler und unverständlichen Red-Art geschrieben worden; So habe nicht destoweniger auch ich mir die Erlaubniß nehmen/ und dieses Wercklein/ aus Liebe zur Nach-Welt/ (wo anders noch einige zu hoffen stehet) mitnichten aber zu einer Anweisung längst vollkommener Bereuter/ vielweniger denen Naaßweisen Klüglingen/ sondern jungen/ unerfahrnen/ doch Lehr-begierigen Scholaren und Liebhabern der Edlen Reit-Kunst/ zu Gefallen/ an den Tag geben wollen. Dann/ lieber/ was solte mich an diesem meinem Vorhaben gehindert/ oder mir verbotten haben/ dieses Buch/ welches ich mit eigenem unverdrossenem Fleiß zusammen getragen/ und in der Erfahrung und Ubung selbst richtig und gut befunden/ der öffentlichen Preß zu untergeben/ da nicht wenig andere sich nicht scheuen/ sich in Reit-Schrifften hervorzuthun/ welche sie doch meistentheils aus andern Büchern nur ausgeschrieben/ unter welchen insonderheit ein Ungenannter den Meister spielet/ welcher alles/ was in seinem Buch gutes anzutreffen/ aus dem Pluvinell/ Pferd-Schatz/ Lieben oder Grison abgespickt/ ja so gar auch die Kupfer von ihnen abdrucken lassen/ dergestalt/ daß dieser Vogel gar kenntlich in fremden Federn pranget/ und sich als eine faule Hummel/ welche der fleissigen Bienen/ mit saurer Müh zusammen getragenes Honig/ rauberischer Weise verzehret/ selber zu Schanden machet. Da hingegen/ ohne stinckenden Eigen-Ruhm zu gedencken/ in diesem gegenwärtigen meinem Wercklein/ keine fremde Sachen/ sondern solche Lectiones vorgetragen werden/ welche Ich Zeit währender meiner Profession in dieser Kunst/ theils selbsten gegeben/ theils in meinen Lehr-Jahren von rechten Kunst-Verständigen empfangen. Belangend die Kupffer und Abrisse der Stangen und Mund-Stücke/ so habe ich ingleichem dieselbe nicht allein selber erfunden/ sondern alle auch durch langwürigen Gebrauch gut und tüchtig befunden/ wie ein jeder/ der solche auf die Prob setzen mag/ in der Erfahrung gestehen wird. Solten aber einem oder dem andern diese meine Erfindungen nicht gefallen/ denselben versichere ich/ daß ich deßwegen keinen Rechts-Handel mit ihm anzufangen/ oder auszuführen/ verlange/ wolwissend/ daß mehr unzeitige/ als rechtschaffene und bewährte Kunst-Bereuter hin und wieder anzutreffen/ deren Unverstand und Unwissenheit zu spat von denenjenigen betrauret wird/ welche durch eine augenscheinliche Verblendung solche Stümpler so lang für etwas rechts gehalten/ bis sie manchem Cavallier seine gute Pferd verderbt/ und im Auskehren erst erkennen/ daß ihre vermeinte Lehrmeister kaum das A B C der wahren Reit-Kunst aus dem Grund verstanden/ vielweniger eine genugsame Nachricht von dem Redopp/ oder justen Galopp/ geben können/ ja vor der Groupada/ Capriola/ oder Ballotada gar verstummen müssen. Weil aber die Welt muthwillig betrogen seyn will/ so geschehe ihr nach solchem Willen. Ich halte genug zu seyn/ daß ich alle Lehr-begierige versichern wölle/ sie werden in diesem meinem Werck finden/ was sie suchen. Die einbildische Splitterrichter aber/ und aufgeblasene Narcissos/ welche nichts für gut passiren lassen/ als das sie selbst gekünstelt/ oder anderwerts ausgezwackt/ lasse ich mich im geringsten nicht anfechten/ sondern halte sie für meine Kurtzweil/ oder erbarme mich über ihre Esels-Ohren! Dem geneigten Leser aber befehle ich mich in gewogenes Gedächtniß/ und wünsche demselben alles vergnügliche Wolergehen.

Ad Lectorem Hippodromophilum.

QUanquam jam olim diversi Autores de Arte equitandi nobilissima, relativè potiùs quàm dogmaticè, & stylo quidem tenebrosa obscuri sermonis caligine larvato, scripserint; nihilo tamen minus & ego, amore Posteritatis, (si qua futura est) inductus, vel tandem prodire non erubui, opusculum hocce in gratiam imprimis Tyronum, nequaquam autem Equisonum, summum jamdudum in arte nostra perfectionis gradum adeptorum, multò minùs in favorem induratorum nasutulorum, aut eruditotum (auritorum) cavillatorum, publici juris facturus. Ecquid enim quæso obstet, quominùs Tractatum hunc propria experientia, studio atq; industriâ concinnatum, ipsaq; adeo praxi meâ per omnia comprobatum, emitterem? Cum nonnulli artificiosissimi scriniorum alienorum expilatores inverecunda planè fronte in publicum eruditi seculi theatrum prorumpere non vereantur, inter quos palmam reliquis facilè præripit Anonymus nonnemo, in cujus libro, ejusdem cum nostro argumenti quicquid boni occurrit, ex Pluvinello, Thesauro Equorum, Libenio, aut Grisone, manifesto furto, invitis quorum ne nomina quidem citat autoribus, surreptum est, quin imò ipsissimæ etiam figuræ æneæ ab iisdem insciis, sunt mutuatæ, ita quidem ut homo ille alienarum plumarum fastu turgidus, tanquam fucum sese ad aliena pabula quàm turpissimè prostituerit. Ego verò, quod absque jactantiæ crimine dictum velim, Authores nullos castravi, sed eas Lectiones in meo libro propono atq; propino, quas tempore meæ in hac arte Professionis, cùm ipse docui, tùm Tyro adhuc existens, alibi imbibi; Figuris æri incisis, sciagraphiisque ramorum fræni collateralium atque orearum ex propria inventione repræsentatis, diuturnoque omnium & singulorum usu satis superque comprobatis, sicuti unusquisque, cui in rem præsentem ire, & experimentum capere lubet, non absque emolumento, ut spero, facilè deprehendet. Quod si alicui minus arrideant nostræ inventiones, eum suo sensu abundare haud inviti permittimus, satis gnari, plures præmaturos, imò immaturos, quàm maturos Equisones, Titulo magis quàm re tales passim esse obvios, quorum tamen inscitia, ut deformia labia, etiam suos ad tempus habent basiatores, donec tandem seriò quidem at sero deploratur ab his, qui, nescio, qua vana persuasione fascinati & occæcati, cæcos ejusmodi Duces admirari non desinunt, priusquam generosissimorum quorundam equorum jacturam passi sint, tristissimoque eventu cognoscant, Magistros suos prima vix Equestris artis Elementa exactè calluisse, ne de quidditate Redoppi, genuini Galoppi, Groupadæ, Capriolæ, aut Ballotadæ, verbulum dicam. Quandoquidem autem mundus vult decipi, decipiatur. Sufficiat interim audere me omnes discendi cupidos in quodvis pignus vocare, ni in præsente Tractatu, desiderio ipsorum satisfactum esse, sint confessuri. Narcissos autem φιλάυτυς, mordacesque Zoilos, quibus nihil rectum, nisi quod ipsi faciunt, aut exscribunt potius, videtur, jamdudum contemptu, risu, quin imò misericordia dignos memini. Tu verò, cordate Lector, felicibus utere fatis!

GEORG. SIMON WINTER.

M. MI-

M. MICHAEL Schuster.

Lectori Benivolo S. P. D.

ITer sine Duce & luce conficere velle, & in ignotas nec unquam antea peragratas orbis Regiones excurrere, temerarius equidem, ne dicam, insanus ausus meritò videri posset; quandoquidem quantas quantas calamitates Viator ejusmodi incurrat, misericordia vix dignus censendus est. Idem fatum quin & mihi subeundum restet, nullus ambigo, qui ad nutum Viri cujusdam magni nominis, ad cujus famæ celebritatem, quicquid addidero, infra dignitatem esset, Tractatum huncce de Arte Equitandi, destitutus quantum sciam, omni præcursore, & necessariis subsidiis orbatus, ex germanico idiomate in Romanum transferre, sic minus felici, improbo tamen labore, conatus sum. Quoties enim in perlustrandis Lexicis, Promptuariis atque Vocabulariis, quæ tanquam statuæ Mercuriales, adhibenda erant, desiderium meum frustratum sit, referre hic non attinet. Certè omnia erant inquirenda, judicanda, discernenda, collocanda, latentia ex ipsis officinis nonnunquam diversorum Opificum eruenda. Adde, quod plurima se obtulere, quæ & patriæ linguæ sunt consuetissima atque tritissima, & tamen adhuc latinitate sua caruere, in his etiam, quoad ejus fieri potuit Latio donandis haud oscitanter laboravi; sicubi defeci, communem Humanitatis prætextum (ut cum Wolffg Schönsledero loquar) obtendo. Barbaros sive ut mollius dicam, Gallicos terminos technicos, quorum nonnulli civitate quasi apud GERMANOS donati sunt, utpote usitatiores in ipsa quoque Metaphrasi relinquere cogebar, ne ignotum involverem magis, quàm explicarem. Quotusquisque enim, si verbi gratia vocem Courvette, *per crurum in sublime porrectorum, alternisque solum ferientium numerosam glomerationem, expressissem, vel autoris vel meam mentem fuisset assecutus? Quotusquisque, si posuissem: novit is Equus crura antica & postica, ex arte & ad numerum quàm scitissime flectere, alternisque surrigere ac deprimere, me Equum* Courvettarum *artificem, commendare voluisse, divinasset? Quapropter servata Terminorum horum primæva origine ad normam Latinorum Paradigmatum eos inflectere necessum erat, Quod si inflatus aliquis Grammaticaster in cavillis artificium quærere, negotiumq; ex calumnia facere delectaretur, is certè verborum captione animum planè servilem proderet, malitiamque saltim suam atq; Theoninam proboscidem publicè apricaretur. Si verò de monendis amicè & liberè monere me quis dignaretur, eidem bona fide immortalem gratitudinis declarationem repromitto. Quemadmodum enim Critica illa Spectra, ne hili quidem æstimo, ita bonorum Virorum utiles admonitiones obsequiosè veneror, cupidè sequor, atque humiliter exosculor. VALE!*

INDEX

Capitum Partis Primæ Artis Equitandi.

Capitel-Register

Deß Ersten Theils deß Reit-Buchs.

Cap.

PARTIS SECUNDÆ CAPUT I.

Anderer Theil.

Das I. Capitel.

Cap.

Cap

PARS PRIMA
ARTIS EQUITANDI,

De

Informatione Principis aut Nobilis in Palæstra Equestris Domituræ, & quomodo Tyro ejusmodi tractari debeat?

Erster Theil
Deß
Reit-Buchs/

Von

Unterweisung eines grossen Herrns / oder Cavaliers, auf der Reit-Schul / wie derselbe in allem solle tractirt werden.

Omnia cum DEO, & nihil sine eo.

CAPUT I.

Requisita boni Equisonis, Principem, Nobilem aut Tyronem quemcunque in arte equitandi informaturi, stabulumque Principis egregiè curaturi exhibet.

EQuisonis titulum cum honore gesturus, ante omnia honestis natalibus esto conspicuus, artisque quam profiteri præsumit, non perfunctoriâ saltim, sed exquisitâ notitiâ imbutus, literatus insuper, bellique si fieri possit, experientiâ clarus.

Nec qui per unum tantum aut alterum annum equitandi artem didicerit, aut bigam ocrearum cœno obductarum pedibus demere, demtas purgare, arvinaque nitidiores reddere, barbam novacula deglabrare, crines suppositios conficere, structorem seu ciborum diribitorem agere, amandi artem commentario illustrare, noverit; sed qui ad minimum per sex aut septem annos equitandi artem tractaverit, multaque aut aliqua duntaxat gymnasia equestria, academica imprimis, non nudus saltem spectator, sed tanquam actor frequentaverit.

Quo plura enim equestria gymnasia perlustraverit, & in iisdem equos defatigaverit, (ex solo siquidem aspectu neminem perfectum equitandi habitum acquisiturum, perorata lis est) eò solidiorem notitiam sibi parasse probabile est. Secus ac hodiè mos in habitum degenerat, ut Tyro qui vix biennium in Catadromo absolvit, Equisonem confestim agat, qui non secus ac pullus ipsam sæpius gallinam docere non erubescat.

Quanquam etiam anser trans mare volitet, vel asinus etiam Alpes nonnunquam transcendat, ciconia item & Hirundo longinquas quidem peregrinationes suscipiant, sed cœlum saltem non animum mutent:

Longè aliter agit Equiso ingenuus; observat ille in peregrinationibus res quascunque obvias notatu dignas, methodos diversas annotat, lectionesque discrepantes quàm diligentissimè memoriæ infigit, impressas discernit, & suo tempore suis disci-

Das I. Capitel.

Wie ein rechtschaffener Bereuter/welcher sowol grossen Herren/Cavaliern/als Lehrjungen/Lection zu geben/darbey auch einem grossen Herrn seinen Marstall mit Ehren versehen will/beschaffen seyn soll:

EIn rechtschaffener Bereuter soll Erstlich/quoad professionem, vor allen Dingen von ehrlichen Eltern geboren/ auch in seiner Kunst und Profession wol erfahren/und durchaus per omnia sc. prædicamenta taliter & qualiter kein Stümpler seyn/ wo möglich/ auch ein wenig studirt/ und im Krieg sich exercirt haben.

Welcher auch nicht ein oder zwey Jahr das Reiten gelernet/ und salv.honor. ein paar Stiffel ausziehen/ oder zu schmieren/ den Bart zu butzen/ Barrücken zu machen/ ein Gericht Essen oder etliche vorzulegen/ oder das Courtoisiren profitiret/ sondern auf das wenigste ein Jahr sechs oder sieben darbey gewesen/ und wo nicht viel/ doch etliche Reit-Schulen/ absonderlich wo ein Academia ist/ besehen/ und auf denselben geritten habe.

Und je mehr Reit-Schulen er besehen/und auf denselben geritten hat/ (dann man nicht alles vom blossen Zusehen lernet) je besser es nur für ihn ist. Wiewol Heutiges Tages der Brauch aufkommt/ daß wann ein Jung nur ein paar Jahr geritten/ alsbald ein Bereuter agirt und fast mehr wissen will/ als einer welcher sein lebenlang dabey gewesen und dabey auferzogen worden.

Ob gleich auch ein Ganß über Meer hinüber und herüber fleugt/ wie auch ein Maul- oder anderer Esel über die Alpen hinüber und herüber getrieben wird/ ein Storch fleugt in die unbekante Länder/ kommt aber in qualitate & quantitate als ein Storch wieder zuruck. Ein Schwalb gehet auch hinweg/ kommt aber wider als ein Schwalb/die Nachtigall deßgleichen/und wird nimmermehr als ein Kuckuk/ oder die Schwalb als ein Falck bey ihrer Zuruckkunfft sich sehen lassen/ sowol auch die Ganß ein Ganß/der Esel ein Esel/und der Storch ein Storch verbleiben:

Allein muß ein rechtschaffener Bereuter so nicht beschaffen seyn/ sondern er muß auf unterschiedenen solchen Raisen/ auch unterschiedene Schulen und Lectionen observiren/ seiner Memoria imprimiren/ dieselben zu unterscheiden/ und dann den rechten Effect zu gewisser Zeit wissen

pulis fideliter proponit & applicat. Varias Equisonum Posituras corporis considerat, quomodo hic corpus, ille manus, iste crura gubernet; nec non quomodo equos suos in Palæstra domituræ equestris tractent, perpendit: Verum enim etiam hîc est Proverbium: Quot capita, tot sensus: frustraq; omnigenam Harmoniam & informationis convenientiam tibi pollicitus fueris.

wissen zu appliciren / auch auf die Posturen der Bereuter / als nemlich / wie einer oder der ander seinen Leib / Hand und Schenckel führt / über das auch / wie sie ihre Pferd auf der Manege tractiren / wol acht haben / dann es heist: Viel Köpff / viel Sinn; und wird keiner eine Weis haben / wie der ander.

Hic manum attollit sursum & quidem retrorsum; ille attollit manum sursum sed antrorsum, iste mediocritatem servat: alius paulisper demittit, alius planè demittit. Et quemadmodum hi modi universi certo respectu approbari, ita iidem certo respectu, si nempe enormi excessu laborent, omnes possunt improbari.

Einer führt seine Hand in aller Höhe übersich / und zuruck; der ander in alle Höhe für sich; der dritte braucht das Mittel; der vierdte noch etwas niedriger; der fünffte gantz nieder. Und gleich wie diese in ihrer gewissen Maß alle gut; so können sie auch in gewisser Exorbitanz alle böß seyn.

Hic equum cogit ex tollutili gradu in succussationem (intellige non equum tolutarium, sed qui pedentim incedat, gressusq; admodum lentos faciat) ex succussatione in *Galoppum*, ex *Galoppo* in *Redoppum*, póstmodum in *Courvettas*, & ita porrò gradatim per omnia artis præcepta & gymnasia, sicut etiam ejusmodi processus, utpote principiis artis optimè conveniens, meritò instituitur.

Einer dressirt sein Pferd vom Paß in Trab / (verstehe aber allhie keinen Paßgänger / sondern Fuß für Fuß / da das Pferd am allerlangsamsten seinen Gang machen muß /) aus dem Trab in Galopp, aus dem Galopp in Redopp, hernach in die Courvetten / und consequenter in andern Schulen gradatim par haut; wie es auch billich der Brauch seyn solle / und aus ordentlichem Fundament gehet.

Alius Equo succussationem diu non impertit, sed ab initio spatiando probè eundem exercet, parte corporis posteriori una cum clunibus observata: *Redoppum* statim adhibet, deinde ex *Redoppo* in *Galoppum* pergit, nihilo tamen secius egregios equos formans atque perficiens.

Der ander trabt seine Pferd nicht viel / sondern spacissirt sie erstlich wol / und nimt die Grouppe pro principio in Acht / redoppirt sie stracks / alsdann kommt er aus dem Redopp in Galopp, und macht einen als den andern Weg gute Pferd daraus.

Alius ab initio equos in transversum agit, & ubi vel modicè eandem actionem apprehenderint, in celeres & concitatas *Courvettas* transfert, ex his in *Redoppum*, post in *Galoppum* eos promovet, & ita ad pedum elevationem assuefactos, ad desideratam perfectionem perducit.

Der dritte nimt seine Pferd Anfangs zum traversiren / von dieser Lection / so sie es nur ein wenig gefasst haben / setzt er dieselbe in die geschwinde Courvetten / von dar in den Redopp, und dann in den Galopp, und bringet sie dadurch tapffer aus der Erden / und zu einer guten Perfection.

Alius Equum nisi quintum aut sextum ætatis annum absolverit in stadio non conscendit, sed potius per dimidii anni spatium currum subire coactum, & abhinc solutum illicò frenat, ad *Galoppum* instigat: sine omni aut vocis aut crurum adminiculo, solius manus & alternæ calcarium admotionis beneficio, nihilominus equum militari methodo formatum, votoq; suo apprimè respondentem recipiens; quod si legitimum procedendi modũ non neglexerit, equus ejusmodi militi ante omnes alios abundè satisfecerit. Alius adhibet lorum coactoriũ, alius *Gamarram*, alius Instrumentum ferreum Frobenianum, alius stimulum, alius columnam (fundamentum omnis in arte Equitandi perfectionis,) alius agrum sulcatum, alius obequitationem campestrẽ, alius equũ lupato, sive pastomide exercet, alius cum fune eundem excolit, &c.

Der vierdte reitet gar kein Pferd vor dem fünfften oder sechsten Jahr auf der Reit-Schul / sondern läßts eher in Wagen ein halb Jahr spannen / alsdann nimt ers heraus / zaumts stracks / und galoppirts alsobald / ohn alle Hülffe der Stimm und Schenckel / bloß mit der Faust und contra-Sporn / und macht ein und den andern Weg a la Soldate ein gut Pferd daraus; Und wann er recht damit umgehet / kan sein Pferd wol die beste Manier für einen Soldaten unter allen præstiren. Einer braucht den Sprung-Riemen / der ander die Gamarra, der dritt das Eisen / der vierdte den Stachel / der fünffte den Pilier, (das Fundament aller Perfection im reiten.) Der sechste den tieffen Acker / der siebende das Feldreiten / der achte das Arbeiten mit dem Cavezon, der neundte das Strick arbeiten / etc.

Qui modi omnes & singuli & boni & mali esse possunt: Sicut & Antimonium (incomparabilis illa Equorum Panacea) quo in-

Und können alle diese Sachen gut und böß seyn / gleich wie das Antimonium, welches ich in der Warheit die rechte Pferd-Panaceam,

 mit

credibilia hactenus experimenta exhibui: legitima siquidem Dosi usurpatũ, variis Equorum affectibus medetur, sanguinem purificat, omnes humores noxios egerit, in specie autem Pestem, nec non Tartarum nervis & membris inhærens expellit; nimiâ verô Dosi applicatum, in venenum degenerat hominibus juxta ac jumentis ineluctabile exitium propinans.

Eodem planè modo cum loro coactorio, nec non cum ferro *Gamarra*, lupato ferreo, & lupato funibus armato, cum stimulo, columna, agro sulcato, obequitatione campestri, & aliis instrumentis, machinisq; comparatum est, quæ in se & per se in operationibus suis atq; effectibus optimæ sunt ac perfectissimæ, in abusu verò, sive in excessu ille sive in defectu consistat, & sine judicio adhibitæ, possunt esse damnosissimæ. Nam sæpius hac ratione equus naturæ & staturæ dotibus condecoratissimus, nullisq; nativis vitiis obnoxius, quantus quantus est, totaliter corrumpitur atque depravatur.

Eodem modo se res habet cum informatione Tyronum, & Equorum domitura: Primus enim Equiso bonos equos, sed malos Tyrones sistit. Secundus ad egregiam corporis posituram tyrones promovet, sed equos male format. Tertius equorum posituram corporis, sive quoad caput, sive quoad collum, sive quoad posteriora equi, planè negligit, modò pareant tibiæ, nec in *Galoppo* quicquam desideretur.

Quartus adeò est obstinatus æstimator posituræ corporis in Equo, ut genua potius omnimodè consumere malit, quam corporis posituram negligere; quod tamen fieri minimè deberet; cùm equorum non pauci naturæ vitio ita sint comparati, ut desideratam corporis posituram obtinere non possint. Quintus gymnasmata sua dextrorsum faciens equi caput continuo extra Voltam (gyrũ) vertit, posterioribus equi accuratissime clausis, quod si sinistrorsum equitando pergat, similiter caput extra Voltam dextrorsum dirigit, posterioribus equi denuo accurate clausis. Sextus *Galoppum* planè spernit, modò equi gyrum absolvant, qui tamẽ decumanus error est, modusq; omninò ex Hippodromo in ultimam usque Thulen deportandus.

Septimus antequam ad *Galoppum* pergat, equos omnes ad levationem assuefacit, & ex anteriori parte domituram auspicatur. Octavus ex opposito procedens, equos suos præpete concitatoque *Galoppo* exercet, ad calcitrationem eos sæpius adigit, principioq; corporis posituram planè susque deq; habet, sed equi capite libertati vindicato ad elevationem demum pergit: parumq; à genuinâ methodo domituræ abest, modò memor sit proverbii: Medio tutissimus ibis, nec in excessu nec in defectu exorbitet.

mit welcher ich unglaubliche Curen verrichtet nennen kan / und es auch ist / denn wann es mit rechter Dosi gebraucht wird / so hilffts die Pferd viel / reiniget das Geblüt / und führet alles Böses aus / und in specie vertreibet es die Pest / wie auch den Tartarum aus den Nerven und Gliedern / wann mans aber in allzuvielem Gewicht braucht / ist es ein Gifft / und macht Menschen und Vieh crepiren.

Also ist es auch mit dem Sprung-Riemen / Eisen / Gamarra, Cavezon, Strick-Cavezon, Stachel / Pilier, tieffen Acker / Feldreiten / und and andern zu verstehen / welche an und für sich selbsten in ihrer Würckung gerecht und gut seyn; Aber so gut dieselben sind / so böß sind sie auch; wann nemlich dieselbe zu viel oder zu wenig / und mit Unverstand gebraucht werden. Dann es wird offtmals ein sonst von Natur wolgewachsenes Pferd / welches auch darneben deß besten Humors ist / der seyn kan / dadurch radicitùs, und wie man recht teutsch davon zu reden pflegt / in Grund und Boden hinein verderbt.

Gleichermassen ist es auch mit dem informiren der Scholaren und dressiren der Pferd vielfältig in Obacht zu nehmen / als nemlich einer macht gute Pferd / hergegen schlimme Schuler. Der ander macht den Schulern eine schöne Postur ihres Leibs zu Pferd / hergegen schlimme Schulpferd. Der dritte hält an seinen Pferden gantz keine Postur, weder vom Kopff / Hals / oder von der Grouppe, wann nur die Schenckel parirn / und der Galopp just kommt.

Der vierdt hält viel von der Postur der Pferde / und ist so obstinat dabey / daß er viel eher sein Pferd gantz auf die Knochen reitet / ehe er zulässet / daß es keine Postur haben solte / welches aber auch nicht recht ist / sintemal manches Pferd von Natur also gewachsen ist / daß es die gehörige Postur nicht haben kan. Der fünffte wann er auf die rechte Hand seine Schulen machet; hält er dem Pferd beständig den Kopff aus der Volta, und die Grouppe gantz vest eingeschlossen / reitet er aber auf die lincke Hand / thut er deßgleichen den Kopff auswerts der Volta, auf die rechte Hand halten / und die Grouppe auch vest eingeschlossen. Der sechste achtet den Galopp gantz nicht / wann seine Pferd nur herum kommen / welches aber nicht recht / und gantz nichts nutz ist.

Der siebende levirt alle seine Pferd ehe er sie galoppiret / und gewinnet sie erstlich von vornen. Der achte hält diesem das Oppositum, galoppirt sein Pferd in einem geschwinden Galopp, lässts offt darinnen streichen / achtet der Postur zu Anfang gantz und gar nicht / sondern läst dem Pferd den Kopff frey / hernach levirt er sie allererst / und dieser ist sehr nahe dabey / ein Pferd bald zu dressiren / wann er nur der Sachen nicht zu viel oder zu wenig thut; sintemaln es heisset / in medio tutissimus ibis.

Quidam equum gyrat adminiculo pugni & vocis; alius sine voce, solius pugni & tibiarum adminiculo. Tertius solius pugni subsidio. Quartus beneficio pugni, & mensuræ è contrario alternatim respondentis; qui modi omnes & singuli in certo gradu possunt admitti; quanquam modus, adminiculo vocis equum gyrandi, obsoleverit; alter modus pugni & tibiarum beneficio equum exercendi sit tutissimus; Tertius denique, qui pugnum solummodò adhibet (in militaribus præprimis expeditionibus) ut & ille qui pugnum & mensuram contrario motu alternatim sibi invicem respondentem conjungit, optimus meritò audiat.

Einer reitet seine Pferd auf die Stimm und Faust. Der ander ohne die Stimm auf die Faust und Hülffe der Schenckel. Der dritte auf die Faust allein. Der vierdte auf die Faust und Contra tempo, welche zwar in ihrem gradu alle gut seyn können / allein ist die Manier auf die Stimm nicht mehr so gebräuchlich / die auf die Faust und Schenckel zugleich die sicherst / und nebenst dieser die auf die Faust allein (sonderlich was einen Soldaten anlanget) wie auch die auf die Faust und Contre Temps und Sporn / die drey besten seyn.

Multi Equisonum omnes Tyrones uno saltim modo instituũt, omnesq; quos habent Equos sine discrimine conscendendi copiam indulgent, imprimis si Equos habeant non proprios, sed à Domino cui operam suam addixerũt, ipsis concreditos, Tyrones insuper liberalibus largitionibus ipsos provocent; nec quicquam curant an sive Tyrones sive Equi corrumpantur, modò impigrè gyros varient, quomodocunq; tyro tandem equo insideat, sive capiat institutionem sive negligat, modò sibi ipsi aliquid apprehendisse, & à casu securus videatur.

Mancher tractirt alle seine Scholaren auf eine Manier / und setzt sie auf alle Pferd die er hat / ohne Unterschied; sonderlich wann sie die Pferd nicht sein / sondern deß Herrn sind / deme er dienet / und die Scholaren ihme wacker in die Büchsen blasen / und gilt ihnen gleich / ob die Schuler oder Pferde dardurch verderbt werden / wann sie nur dapffer mit ihnen herum wischen / Gott gebe der Reuter sitze darauf wie er woll / er lern oder lern nichts / wann er ihme nur einbildet / er könne etwas / und nicht herunter fällt.

Alius equis, imprimis propriis, aut etiam à domino quodam concreditis, quorum fidelem curam habet, nimis parcit; tyronibus nescio quæ effœta languescentiaq; equarum in pistrinas eliminandarum spectra suppeditat, apta ne sint ad institutionem nec ne, generosos verò, malitiosos aut obstinatos equos informationi apprimè congruentes, planè subducit; quos si Equitando corrigat, Tyronem etiam ab aspectu coërcet, quod tamen fieri nequaquam oportet, cum eum in finem sumptus faciat tyro, ut fideli informatione possit perfrui: Quamvis tandem splendidè nugari non vereatur equiso, ipsius Tyronis neglectum in culpâ esse, cur successus institutioni non respondeat; sicuti etiam nonnunquam occurrunt ejusmodi Tyrones qui neglecto hippodromo, aliis indulgent exercitiis, Bacchi imprimis & Veneris voluptates sectantur, subdolè Dominos aut Parentes argento emungentes, quod tamen scelus vindicẽ Numinis oculũ minimè fallere poterit.

Ein andrer æstimirt seine Pferd (bevorab wann sie sein eigen sind / oder da er sonst seinem Herrn redlich dienen will) gar zu hoch / und gibt den Scholaren allerley Grampen zu reiten / sie mögen was lernen oder nicht / aber was gute Pferd sind / oder obstinat und malitiose Bestien / auf denen man etwas sehen und lernen kan / da darffen sie nicht allein nicht darauf / sondern wann die Malitiosen geritten und corrigirt werden / läst man die Scholarn auch wol gantz und gar nicht zusehen / so aber auch nicht seyn soll / sintemal darum gibt einer sein Geld / daß er etwas lernen will / wiewol man sich hernach meisterlich ausreden kan / als ob die Scholaren nichts lernen wollen / jedoch gibt es auch zum theil bisweilen Scholaren / die an statt daß sie reiten sollen / ihre Zeit in andern Exercitien / absonderlich in Baccho & Venere zubringen / ihren Herren oder Eltern also das Geld aus dem Beutel entwenden / welches eine grosse Sünd und Schand ist.

Tertius Tyroni equos progressibus ipsius accommodatos suppeditat, juxta proverbium: Herculis calceos Herculi applicat, qualem quidem Tyronem beatum meritò dixeris, qui in tantum incidit equisonẽ, à quo non nisi maximo cum emolumẽto discedet. Nec minus beatum dixeris illum Equisonem, qui tanto pollet judicio, ut secundũ quantitatem & qualitatem suos discernere possit tyrones; aliter enim se res habet cum Principe, aliter Nobili, aliter cum Tyrone quocunque, qui ad omnigenæ perfectionis gradum aspirat.

Der dritte gibt seinen Scholaren Pferd zu reiten / welche ihnen gebühren / nach dem Sprüchwort: Wie der Mann / soll man ihme auch einen Hering braten / und wol deme der diß Mittel trifft / und einem solchen Bereuter unter die Hand kommt / der wird gewiß ohne grossen Nutzen nicht von ihme kommen; glückselig ist auch der Bereuter zu æstimiren / welcher seine Scholaren secundum qualitatem & quantitatem zu distinguiren weiß / dann ein anders ist ein grosser Herr oder Cavallier, ein anders ein Jung / der Profession davon machen will.

Porrò, Equiso, quam primum Tyro Hippodromum ingressus fuerit, equitandiq; periculum fecerit, extemplo judicabit, quomodo ille in equestri gymnasio sit tractandus, quinam & quales equi ipsi sint suppeditandi, ne Tyroni Phaëthontis instar equorum solarium moderamen impertiat.

Nemo Tyroni nondum habili equum domatum equitare, corporis positurae inter equitandũ composité efformandae, adminiculo fraeni aut femorũ nondum instructo potestatem faciat equum intractatum, ferocem, malitiosum, conscendere; prout non rarò ejusmodi Equisones invenias vix Asinionum titulo dignos, nimium Tyronibus indulgentes: quandoquidem evenire facilè possit, ut si non vitae prorsus, membrorum certè quorundam jacturam patiantur, aut si benè sors ceciderit in tantam positurae corporis deformationem incidant, quam per omnes vitae dies desuescere impossibile futurum est. Tyrones enim qui aut brachium, aut tibiam, ne dicam cervicem fregêre, non tam commodè in integrum iterum restituuntur ac Cancri, quorum chelae perditae iterum crescunt.

Incumbit insuper Equisoni Principem aut Nobilem informaturo, non vulgaris Equestrium exercitiorum notitia, ut sunt trajectionis hasta disci & picti capitis; trunci, lanceâ feriendi &c.

Equitationi addatur pugnum dextrè molliterq; vertendi peritia, quae tanta sit necesse est, ut si super equo nunquam antea sibi viso, spatium viginti aut triginta passuum emensus fuerit, jamjam ejusdem qualitates in numerato habeat, quomodo quoad os, dorsum & talos sit comparatus; didiceritque in simul ipsius *Paradam*, id quod in leni succussatione citò fieri poterit, ubi dorsi & tibiarum firmitas & infirmitas, ut & equi anhelitus percipi haud difficulter poterit.

Porrò Equisonem decet nosse quinam equus, quomodo & quando sit levandus? Cùm hic ad columnam, iste sine columnae auxilio levari possit. Noscat idem quinam Equus forti, quinam levi adminiculo sit incitandus? quinam Equus absq; tibiarum solius pugni adminiculo, & qui utriusq; subsidio simul debeat exerceri : Noscat quando & quomodo adminiculum tibiarum, calcaneorum, surarum & calcarium adhiberi oporteat? inprimis autem adminiculum contrario motu alternans, tibiarum, calcarium & pugni intimè habebit perspectum. Nec non pugnum, sublime, depressè, mediocriter, inversum an extrinsecum moderari intelligat. Nec minus pastomidis, quomodo, quando, & quamdiu equo sit adstringenda, rationem habeat. Idem dictum esto de habena contrario itidem motu reciprocante.

Ferners solle auch ein verständiger Bereuter / so balden ihme ein Scholar auf seine Reit-Schul kommen und geritten hat / schon wissen zu judicirn / wie er denselben auf der Reit-Schul tractiren / und auf was für Pferd er denselben setzen solle / zu deme solle er keinen Scholaren (also zu reden) fliegen lassen / ehe er Federn bekommen / das ist:

Man solle keinen jungen Scholaren / welcher noch kein dressirtes Pferd reiten kan / die Postur seines Leibs zu Pferd zu führen / keine Hülffe mit dem Zaum oder Schenckeln zu geben weiß / auf ein ungeschicktes / nicht dressirtes / malitioses oder opiniatrisches Pferd setzen ; (gleichwie es der Gesellen viel giebt / welche equisones seyn wollen / in der That aber eitel asiniones, und das darzu kaum tüchtig erfunden werden.) Sintemal er gar bald hierdurch um sein Leib und Leben kommen / aufs wenigst ein Krippel / oder wanns wol abgehet / an seiner Leibs Postur also verderbt werden kan / welches ihme sein Lebtag hernach nimmer abzugewehnen ist / dann denen Scholaren / wann sie Arm und Bein brechen / (will nicht sagen gar den Hals) dieselbe ihnen nicht wieder wachsen / wie den Krebsen die Scheren.

Und solle auch ein Bereuter / welcher grosse Herren und Cavallieri informiren will / die Adelichen Exercitien für andern wol verstehen / als den Ring / die Quintana, das Kopff-Rennen / und anders.

Uber das / solle er auch für allen Dingen nebenst seinem reiten / auch eine gute und linde Faust zu führen wissen / und so bald er ein Pferd / welches ihme unbekandt / ein Schritt zwantzig oder dreyssig geritten / solle er dasselbe schon examinirt haben / wie es im Maul / Rücken / und auf den Knochen beschaffen / und desselben Parada erlernen / welches dann in einem leichten Trab bald geschehen / da er dann deß Rückens und der Schenckel Stärcke und Schwäche / wie auch deß Pferds Athem wol mercken kan.

Item er solle auch wissen / welches Pferd / wie man / und wann solches leviren solle / dann eines an dem Pilier, das andere ohne den Pilier levirt werden kan / welches Pferd mit starcker / und welches mit leichter Hülff will geritten seyn: welches Pferd ohne Hülff der Schenckel auf die Faust allein / und welches Pferd mit Faust und Schenckel zugleich zu reiten ist / wann und wie die Hülffe der Schenckel / Fersen / Waden und Sporn / auch wie sie zu geben sind : absonderlich aber die Contra-Hülff deß Schenckels / Sporns und der Faust wol verstehen ; Deßgleichen auch die Faust / hoch / niedrig / mittelmässig / innwendig oder auswendig zu führen ; Wie nicht weniger den Cavezon, wie / wann / und wie lang derselbe an einem Pferde zu gebrauchen / wie auch den Contra-Zügel,

Dann

Equiſo enim *Galoppum* negligens, moderaminis habenarum,contrario motu alternantium,ignarus, adminiculi pugni & tibiarum atque calcarium, conſervationis poſituræ corporis & oris immemor, Nominis genuini Equiſonis injuſtus poſſeſſor eſt,quantumcunque aliàs compoſitè & firmiter equo inſideat: Si enim aut pugnus aut tibiæ officio ſuo non defungantur, per omnem vitam talis equiſo equum eo quo decet modo, domare non poterit.

Porrò Ephippium ſtramine infartum (paſtine) machinam hiſpanicam, globulos ligneos,Gemarram, lorum coactorium, Inſtrumentum ferreum frobenianum, lupatum,lupatum funale,operimenta oculorum, ſtimulum, laminam rotundam ferream uno aut pluribus aculeis inſtructam, flagellum, virgam, chordam & columnam uſurpare quàm optimè didicerit neceſſe eſt. Nam uti ſæpius jam inculcatum, omnibus hisce inſtrumentis in debito uſu adhibitis multum commodi, ſiniſtrè autem applicatis,multum detrimenti equis attrahi poteſt,ita quidem ut multi equi,brevi temporis ſpatio,inſtrumentis hujuscemodi in tantum corrumpantur, ut per omnem vitam ad priſtinam integritatem revocari non amplius poſſint.

Intelligat etiam,poſtquam equus omnia gymnasmata abſolverit,quamdiu ſuccuſſandus,quando ad *Galoppum*, *Redoppum*, *Courvettas*,&ad lectiones quæ ſupra terram fiunt, ſit inſtigandus? Diſcernat quinam Equus, huic aut alteri lectioni addiſcendæ delectetur aut vires habeat? quod ſi omiſerit, contrariumq; commiſerit, turpiter ſemetipſum decipiet.

Differentiam porrò annorum inter equos faciat, genium provinciarum probè obſervet, fervorem aut torporem, firmitatem aut infirmitatem in equis accuratè diſtinguat. Si enim torpentem & languidum equum admodum tardè ad inſtar generoſi & admodum ſenſilis, ambulando vellem exercere, languorem certe & torporem ejus augerem. Similiter ſi Equum acrem, incitationibus, calcaribus, verberibus, & crebris curſibus fatigarem ad inſtar equi naturâ languidi, brevi temporis ſpatio omnem laborem falleret,atque elaberetur,ſeu erumperet.

Quapropter non ſecus ac Ludimagiſter ingeniis diſcipulorũ, ita Equiſo indoli equorum ſeſe accommodabit. Ibi enim primus tardus eſt, ſecundus alacris, tertius refractarius, quartus morigerus, quintus judicio caret,ſextus cholericus eſt, ſeptimus oblivioſus, aut aliis infinitis nævis obnoxius: qui omnes à Ludimagiſtro ita ſunt perferendi, ut unusquisque, uti æquum eſt,tractetur: ita Equiſo in omnibus patientiæ & temporis beneficio utatur, & ſic plura præſtabit quam alii multi, qui per vim ad domituram nimis cito ab-

Dann welcher Bereuter den Galopp nicht in Acht nimt / den Contra-Zügel / Hülffe der Fauſt / Schenckel und Sporn / nicht verſtehet/ und keine Poſtur und Conſervirung deß Mauls achtet / derſelbe iſt für keinen rechtſchaffenen Bereuter zu achten / er ſitze ſo feſt und zierlich ſonſten als er will / wo die Fauſt und Schenckel irr und nichts nutz ſeyn / da wird ein ſolcher ſein Lebtag kein Pferd recht dreſſiren.

Ferners ſolle er den Stroh-Sattel (paſtine) Spaniſchen Reuter / die hölzernen Kugel/ Gamarra,Sprung-Riemen / das Eiſen / Cavezon, Strick-Cavezon, die Blenden / den Stachel / die runde eiſerne Blatten mit ein oder mehr Spitzen / Peitſchen/ Spitzruthen / Corde und den Pilier,aufs beſte wiſſen zu gebrauchen / dann / wie ſchon offt erwehnt worden / mit allen dieſen erzehlten Stücken viel Guts / und da ſie nicht recht gebraucht werden / viel Böſes an den Pferden kan geſchaffet werden / daß manches Pferd in kurtzem darmit alſo verderbet wird / ſo nimmer ſein Lebtag zu recht zu bringen iſt.

Er ſolle auch wiſſen / wann ſein Pferd zuſammen gearbeitet iſt/ wie lang ers trottiren/ wann ers galoppiren / redoppirn / courvettirn / und zu den Schulen par haut nehmen ſolle; auch den Unterſchied darzwiſchen machen / welches Pferd zu einer oder andern Lection Luſt und Vermögen hat / wo nicht / und thut ers Contrarium, ſo wird er ſich heßlich betrogen befinden.

Er ſolle auch wiſſen / einen Unterſchied der Jahr unter denen Pferden zu machen / die Land-Art wol obſervirn / und die Kaltſinnigkeit oder Hitze / Stärcke oder Schwäche / derſelben zu diſtinguiren / dann wann ich ein faules und träges Pferd gantz langſam (gleich einem hitzigen und ſehr empfindlichen) ſpacilliren wolte / würde ich ſolches noch fauler machen; ebenermaſſen ein hitziges Pferd mit aufmundern / Spornaden, Schlägen und fortjagen tractiren / wie ein von Natur träges / das würde bald abgerichtet ſeyn/ und den Reißaus bey Zeiten nehmen lernen.

Darum muß ſich ein Bereuter in die Pferd ſchicken / nicht anders / als ein Schulmeiſter in ſeine Schuler / dann einer iſt langſam / der ander geſchwind / der dritt widerſpenſtig / der vierdt gehorſam / der fünfft hat kein Judicium, der ſechſt Choleriſch / der ſiebend vergeſſen / und ſonſten unzähliche Mängel / in welche alle ein Schulmeiſter ſich richten muß / und einen jeden tractiren / wie es ihme gebühret; und ſolle in allem ein Bereuter die Gedult und Zeit gebrauchen / ſo wird er mehr darmit ausrichten / als viel andere / welche mit gantzer Gewalt / bald mit ihren Pferden wollen

solvendam contendunt, quos idem fatum manet quod aves præmaturè ex nidis evolantes, & ex alto in terram aut petram cadentes, corpusque illidentes.

Oportet præterea Equisonem perfectum frænatorem esse idque tam in genere, quàm in specie: cùm minimè sufficiat, egregiam Sciagraphiam frænorũ repræsentare (quod pictor etiam quin & quivis gypsator præstaret) aut de tribus principalibus collateralium linearum in fræno divisionibus non nulla balbutire posse, Leneisenium, Pluvinellum, Fayserum, Grisonem, Liebenium, Donepum (quorum quidem Authorum dignitati nil quicquam à quoquam derogatum volumus) memoriter sicuti Discipuli vocabularia solent, posse recitare, cum tamen nil quicquam ex fundamento intelligat, aut in actum deducere noverit, sed omnium corporis positurarum in Equo, exactam notitiam possideat necesse est, ubi singuli collaterales rami in fræno corrigendi? nec non oreæ operationem intimè penetrasse decet.

Exempli gratia: Equus ipsi occurrat, qui capite pectori admoto frenum negligit, quid consilii? quomodo collaterales fræni rami, quomodo orea debet esse comparata? Alius equus incedat capite terram versus depresso, emortuis, aut ad os usque vulneratis buccis, lingua magna & crassa, latis genis, angusto canali, quid facto opus? Tertius equus progrediatur capite terram versus depresso, ore brevi, buccis spissis & crassâ linguâ infestatus, quæ hîc medela?

Quartus incedat capite terram versus depresso, gravi, collo curto & crasso, quo tunc te vertes? Quintus incedat capite terram versus inclinato, crasso, ore valdè profundo, linguâ tenui, emortuis & sanatis buccis, quo confugies? Sextus incedat capite terram versus depresso, ore admodum brevi, acutis buccis, crassa lingua, angusto canali, unde tunc auxilium? Septimus incedat corpore terram versus depresso, dentibus caninis inæqualibus, lingua tenui, emortuis buccis, gracili mento, quid consilii?

Octavus egregiâ quidem corporis positura præditus, incedat capite terram versus depresso, eodem autem interdum repentè elevato, aut ad latus vacillante, buccis admodum tenuibus & subtilibus, ore prolixè fisso, quo quæso salutari consilio succurres? Nonus incedat corpore terram versus depresso, naturæ invidiâ concinna proportione destitutus, collo curto, capite crasso, quomodo opẽ feres? Decimus oream dentibus mordet, depressoque capite elabitur, quid hîc consilii? Undecimus incedat capite humum versus depresso, linguâ ultra oream prominente, quid consilii?

Duodecimus incedat corpore humum versus depresso, linguâ intra fauces retractâ,

wollen fertig seyn / gehet ihnen aber wie den jenigen Vögeln / welche für der Zeit ausfliegen / und hernach auf den Boden fallen.

Er solle auch in Genere und Specie ein guter Pferd-Zaumer seyn / und nicht nur einen schönen Riß machen können / dann diß ein jeder Mahler oder Düncher auch kan / von den drey Principaln der Stangen Abtheilung ein wenig her zu lallen wissen / oder den Löneisen / Pluvinell, Fayser / Grisonem, Lieben, Donep, (welche an und für sich selbsten gute Authores sind / und keiner kommen wird der sie veracht / sondern vielmehr aus ihnen lernen kan) oder andere auswendig gelernet haben / und dasselbe wie die kleinen Schuler den Donat her zu recitiren / und doch nichts daraus verstehen oder appliciren wissen / sondern er muß sich auf alle Posturen der Pferde wol verstehen / wo jeder Stangen Richtung zu helffen / wie auch deß Mundstücks Würckung wol wissen.

Zum Exempel: Es kommt ihme ein Pferd vor / setzt den Kopff an die Brust und fällt durch / was Rahts? Wie müssen die Stangen / wie muß das Mundstück seyn? Ein anders gehet unter sich / sind ihme die Laden tod / verwundt bis auf die Bein / hat darneben eine grosse dicke Zunge / breite Kinbacken / und einen engen Canal, was Rahts darzu? Das dritte gehet untersich / hat ein feuchtes Maul / dicke Biler / und eine dicke Zunge / was Rahts?

Der vierdte gehet untersich / hat einen schweren Kopff / und kurtzen dicken Hals / was Rahts? Der fünffte gehet untersich / hat einen dicken Kopff / gar tieffes Maul / dünne Zunge / todte und zugeheilte Laden / was Rahts? Der sechste gehet untersich / hat gar ein feuchtes Maul / scharffe Laden / dicke Zungen / und einen engen Canal, was Rahts? Der siebende gehet untersich / hat ungleiche Hacken / dünne Zung und todte Laden / dürres Kin / was Rahts?

Das achte gehet untersich / ist zwar schön gewachsen / gellt mit dem Kopff übersich / und auf die Seiten / hat gar dünne subtile Laden / und ein weitgespaltenes Maul / was Raht? Der neundte gehet untersich / weil es übel gewachsen / einen kurtzen Hals / und dicken Kopff darzu hat / was Rahts? Das zehende nimt das Mundstück zwischen die Zähn / beist darauf / steckt den Kopff untersich und gehet durch? was Rahts? Das eilffte gehet untersich / streckt die Zung aus über das Mundstück / was Rahts?

Das zwölffte gehet untersich / und streckt die Zunge in den Rachen hintersich / was Rahts?

Das

quid consilii? Decimus tertius omni nisu pugni moderamen respuit, deorsumque tendit, omnibus frænorum collateralibus ramis pectori admotis, quid consilii?

Hæc hactenus enumerata vitia circa incessum depressum commemorata, perpauca sunt, quoniam omnia Equorum in hoc puncto vitia, nec nō in incessu nimis erecto recensere impossibile est: verbi gratia: Equus quidam caput recta antrorsum dirigat, oream mordeat, collum habeat crassum, & grave caput, quid consilii? Alter repentè caput elevet, acutis buccis, angustis genis & crassâ lingua laborans, quid facto opus? Tertius oream mordeat, caput violenter sursum attollat, erumpatque, quomodo hîc te geres? Quartus emortuas habeat buccas, os breve, collum curtum, capite sursum elato, erumpatq;, quid consilii? Quintus acutas habeat buccas, profundum os, linguam tenuem & prominentem, inæquales dentes caninos, caput hinc inde dimovens, quid consilii?

Et ut omnia breviter complectar, omnia omnium Equorum circa frænationem vitia, satis enumerari non possunt, quum cottidiè novum quid occurrat, cui malo quomodo succurrendum, & quid ibidem observandum, in parte tertia de frænatione annotabimus.

Personam autem Equisonis quod concernit, esto erectæ staturæ, procerâ enim an verò modicâ sit præditus staturâ, parum aut nihil interest, quanquam prælonga crura præ aliis magnam prærogativam habeant; Esto vir moratus, prudens, virtuosus, humanus, officiosus, affectibus non serviliter mancipatus, qui Tyronibus artem quam profitetur humanis verbis & bona methodo instillare sciat, expers omnis hypocriseos, qui nullum ex Tyronibus studio partium alteri anteponat. Non esto furiosus, sævus, jurgator & execrator, qui tyrones scuticis aut lapidibus petat, aut alio illicito modo in illos animadvertat, sed patiens sit & mentis sedatæ.

Nequaquam verò ebriosus esto, fastuosus, superbus, pertinax, heautophilus, imperitus, multò minus scortator; sicuti non rarò reperias ejusmodi Cyclopes ad instar frixi piscis fastu rigentes & turgidos, dubitantes nonnunquam an coram Principe aut Nobili caput sit aperiendum? aut salvere jussi, an gratia sit rependenda? modò in hanc modò in alteram partem capite nutantes, vernaculam mutantes quam loqui erubescunt, cùm peregrinas tamen & exoticas linguas planè non imbiberint: Brachia coxis imponunt, & tanto cum fastu Tyrones suos erudiunt, ac si Turcarum Imperatore vilissimi mancipii loco uterentur, aut Magnus Mogul in Orientali India subditus ipsorum esset pauperrimus, omnesq; tam Orientales quam Boreales Tartari, Dagostani imprimis, ipsis essent tributarii, & quæ sunt alia insanæ insolentiæ specimina.

Das dreyzehende dringt mit Gewalt auf die Faust untersich/ und setzt alle Stangen an/ was Rahts?

Die jenige aber / welche Profession davon machen wollen / sollen sich gar nicht schämen / zum öfftern ein Pferd im Stall nicht allein fertig machen / sondern auch strigeln und wischen; dann solches ihnen sehr nutzlich ist / und sie darneben / wann sie es vorher gelernet haben / denen unwissenden Knechten desto besser weisen können. Wann nun der Bereuter dem Herzn solches gewiesen / solle er / der Bereuter / zum ersten auf den Vorthel gehen / den Zaum und Spitzruten / wie es sich gebühret / in die lincke Hand nehmen / in den Sattel mit der rechten Hand klopffen / etlichmal auf- und absitzen / darmit der Herz wol zusehen möge.

Nach diesem solle der Bereuter wieder vom Vorthel herab / hingegen der Herz mit der Spitzruten in der rechten Hand haltend / die Spitzen der Spitzruten untersich und zuruck kehrend / hinauf gehen / N. IV. deme der Bereuter folgen solle / und ihme den Zaum in die lincke Hand zusamt der Spitz-

ruten

dem manum una cum fræno & virga, cacumine vel sursum erecto vel deorsum, versus dextram equini pedis anteriorem curvaturam, ad ephippii capitulum firmiter applicare, dextrâ interiorem ephippii partem pulsare, & uti decet ephippium insilire jubeat: Ita scilicet, ut dum Tyro ephippium involat, dextrum femur probè attollat, ne equum eo tangat, sed simul inter insiliendum ephippii analectidem dextra arripiat, quæ omnia unico temporis puncto fieri necesse est. In conscendendo autem & corpus & caput erectum gerat.

Quamprimum Equo insidet Tyro, eundem stapedibus insistere, virgam ex sinistra in dextram capere, extremitatē habenarum dextra apprehendere, & ad æqualitatem componere jubeat equiso: post dextrâ superas femoris partes ab infra Tyroni tanget, ipsique sessionis modum & femorum genuumque coarctationem monstrabit; femora etiam extendere mandabit, ita tamen ut Tyro patellam (uti Chirurgi appellitant) in extensione attrahat, & universis quinque in pede digitis, unâ cum metarso halli, fundo stapedum firmiter insistat, & hoc modo calcaneum deorsum, digiti autem sursum evadent; sicut etiam digiti aliquantisper versus flexuram equini pedis, (neutiquam verò versus ipsum corpus) calcanea autem extrorsum verti debent.

Equiso insuper Tyronis spinam dorsi ponè tangat, jubeatque paulisper contrahere dorsum; sic non solum spina dorsi erit erecta, sed & pectus tyronis antrorsum verget: Quandoquidē omne robur equitis in dorsi æquilibrio consistat, quo sublato, totum corpus in confusionem redigitur. Mentum geratur immotum, oculi antrorsum dirigantur juxta equi aures, cubiti verò deorsum inconcussè demittantur, & æquali distantia à corpore removeantur, minimè verò volaturi instar vacillent, nec unum brachium longius, alterum propius corpori adhæreat.

Læva directè & ad spatium obliquæ manus capitulum ephippii transcendens, ordinariè antrorsum paulisper tenenda est (excepto in certis quibusdam lectionibus, & equis nonnullis, in quibus necessariò ejusmodi manus positura varianda est, prout diversis in locis hujus primæ, & secundæ etiam partis docebitur.)

Dextra sinistræ sit parallela, sed ad transversi digiti spatium sublimius & magis antrorsum teneatur; sive dextrorsum sive sinistrorsum te vertas, semper dextra sinistram paulisper præcedat, intra quam manuum elevationem spatium esto sex aut octo digitorum latitudinis.

ruten geben / hernach dieselbe Hand samt Zaum und Spitzruten vest an den Sattel-Knopff entweder die Spitzen der Spitzruten übersich und gerad / oder untersich neben deß Pferds födern rechten Bug halten / mit der rechten Hand in den Sattel klopffen / und in den Sattel wie sichs gebühret / schwingen lassen: nemlichen also / daß indem der Herr sich in den Sattel hinein schwingt / er den rechtē Schenckel wol empor hebe / damit er das Pferd nicht darmit berühre / zugleich aber im Hineinschwingen mit der rechten Hand den Bausch deß Sattels ergreiffe / welches alles in einem Tempo geschehen muß. Im Auffsitzen aber muß er den Leib und Kopff wol gerad halten.

So bald nun der Herr zu Pferd gesessen / solle der Bereuter erstlich den Herrn in die Bügel tretten / die Spitzruten aus der lincken Hand heraus und in die rechte nehmen / das äusserste deß Zaums mit der rechten Hand fassen und zurecht ziehen lassen / alsdann mit der rechten Hand dem Herrn an die obere Theil der Schenckel innwendig greiffen / und ihme das Sitzen zu Pferde und Schliessungen der Schenckel und der Knie weisen / und die Schenckel strecken / doch also / daß der Herr die patell (wie es die Barbierer nennen) im Schenckel-Strecken einziehe / und mit den völligen fünff Zähen samt dem Ballen deß grossen Zähens in die Sohlen der Bügel vest trette / so wird die Fersen untersich / und die Zähen übersich kommen / wie dann auch die Zähen etwas gegen deß Pferds Bug (aber nicht an deß Pferds Leib hinan) und die Fersen auswerts davon sollen gewendet seyn.

Uber diß solle der Bereuter dem Herrn hinten am Rücken an den Rückgrad greiffen / den Herrn den Rück etwas lassen einziehen / so wird nicht allein der Rückgrad gerad / sondern auch die Brust deß Herrn für sich kommen / sintemal alle Stärcke deß Reuters / in dem Gewicht deß Rückens bestehet / dann wo das Gewicht hin ist / so kommt der Leib in eine gantze Unordnung / das Kin solle gerad gehalten / die Augen zwischen den Ohren deß Pferds hinauswerts gerichtet / und die Elenbogen unterwerts vest gesencket / wie auch in einer gleichen Weite / etlichermassen von dem Leib abgesondert seyn / jedoch nicht von demselben hin- und wieder wancken / gleich als wann er fliegen wolte / auch nicht ein Arm weit von / der ander nahe beym Leib seyn.

Die lincke Hand solle gerad und eine Zwerchhand über den Sattels-Knopff und etwas für denselben ordinariè gehalten werden / (ausgenommen in gewissen Lectionen und an gewissen Pferden / da solche Postur necessariò muß verändert werden / und in vielen Orten dieses und deß andern Theils zu finden seyn wird.)

Die rechte Hand solle der lincken gleich / doch einen Zwerchfinger höher und besser für sich stehen / man reit gleich auf welche Hand man will / so solle doch die rechte Hand etwas fürwerts vor der lincken stehen / zwischen welcher zweyer Händhaltung ein Spacium sechs oder acht Finger breit seyn soll.

Die

Cacumen virgæ sursum, aurem lævam versus tendat. Præprimis autem Eques ephippio non ad formam sellæ aut sedilis insideat, sed ac si in terra staret, sedeat: nunquam podice ephippii posteriora tangens. Si enim ephippio insidere, stapedibusque nimis prolixis uti vellet, toto corpore perturbationi obnoxius facilè evaderet. Quod si capite deorsum, femoribus retrorsum flexis, venter manubrio ephippii incumberet, & brachia plus æquo distarent, ad levissimum equi motum, si vel passibus saltim modicis ambularet, confestim excideret. Vid. N. V. Hæc dum fiunt, servi equum tenentes attendant sedulò, ne equus erumpat antrorsum, aut ad latus præpete concitatoque cursu elabatur.

Finitâ hâc lectione, si ex equo tyroni lubet descendere, pedetentim & tardiusculè ad Basin appropinquet, equum sistat, eandemque corporis posituram quâ conscenderat servet. Post servi sensim accedant, habenas (neutiquam autem ut nonnulli cum maximo periculo, extremitates tantum ramorum fræni collateralium) capiant, equum & dextrum stapedem immotos teneant. Post Tyro pedem dextrum primùm extricet stapedibus, eodemque Basi insistat, virgam sinistrâ rursus capiat, eademque ephippii manubrio firmiter incumbat: dextrâ autem dextram analectidis ephippii partem, unâ aut altera vice solvat, corpusque erectum gerat, tertiâ autem vice sensim ex ephippio evolet, habenas capitulo ephippii imponat, virgam dextrâ capiat, quietus subsistat, equum in ephippio aliquoties pulset, & poppysmate permulceat, abduci curet, atque ita ex Basi descendat.

Hæc omnia ab initio Tyrone inspiciente, aliquoties equiso repetat, & postea idem tentare tyroni quoque injungat. Vid. *N. VI.*

Cap. X.

Quomodo Tyro sine basis adminiculo equum ascendere, sit assuefaciendus.

POstquam per tempus satis diuturnum equitando sese exercuerit Tyro, habituque quadantenus imbutus fuerit, atq; erectus sederit, ad Basin conscendendi copiam diutius non obtineat, sed sine Basis adminiculo conscendendi periculum faciat; Idque hunc in modum:

Primò, è longinquo ad equum appropinquet equiso, equumque quoad singulas par-

Die Spitze der Spitzruten solle übersich / gegen dem lincken Ohr gewendet seyn; Fürnemlich aber solle der Reuter im Sattel nicht also sitzen / als wann er auf einem Stul oder Sessel sitzete / sondern er muß also sitzen / gleichwie er auf der Erden stünde / und niemaln mit seinem Hintern an den Efftertich deß Sattels gerathen / sintemal da er im Sattel niedersitzen und die Bügel allzulang führen wolte / käme er leichtlich mit dem gantzen Leib in eine Disordre, darzu so der Kopff untersich / die Schenckel hintersich / der Bauch auf den Sattel-Knopff / die Arm weit voneinander kämen / so würde er auch auf die geringste Bewegung deß Pferds / wanns auch nur im Schritt wäre / alsbald herab fallen. Besiehe N. V. Unter dessen aber diß vorgehet / sollen die jenigen / welche das Pferd halten / sich wol in Acht nehmen / daß sie dasselbige nicht lauffen / fürwerts oder auf die Seite springen lassen.

Wann der Herr nun geritten / und wieder von dem Pferd absitzen will / solle er fein sittsam und allgemählich wieder zum Vorthel reiten / das Pferd still halten / und in der Postur bleiben / wie er aufgesessen ist / so diß geschehen / sollen die Knechte fein gemach herzu tretten / und bey den Zügeln (nicht aber wie theils thun und die höchste Gefahr darauf stehet / das Pferd zu unterst bey den Stangen) nehmen / dasselbige wol / wie auch den rechten Bügel vest halten. Alsdann solle der Herr den rechten Fuß aus dem Bügel erstlich thun / hernach mit dem lincken Fuß auf den Vorthel tretten / welcher Fuß vorhero auch aus dem Bügel gethan seyn solle / darauf die Spitzruten wieder in die lincke Hand nehmen / und sich mit derselben vest auf dem Sattel-Knopff plantiren / mit der rechten Hand aber an dem rechten Bausch deß Sattels / einmal zwey oder drey loß machen / und den Leib darzu gerad erheben / das drittemal aber sich fein sittsam aus dem Sattel schwingen / den Zaum auf den Sattel-Knopff legen / die Spitzruten in die rechte Hand fassen / stille stehen / und das Pferd wieder ein paarmal in den Sattel klopffen und es charissiren / solches fortführen lassen / alsdann von dem Vorthel herunter gehen.

Dieses alles muß der Bereuter erstlich etlichmal selbsten thun / daß der Herr oder Cavalier zusehe / dann solches den Herrn selbsten thun lassen. Besiehe N. VI.

Das X. Capitel.

Wann man einen Herrn oder Cavalier, ohne Vorthel solle auf- und absitzen lehren.

WAnn nun der Herr eine zimliche Zeit geritten / und etwas perfectionirt ist / seinen Leib gerad führet / alsdann soll man denselben nimmer bey dem Vorthel auffsitzen lassen / sondern ihn hinfüro ohne Vorthel aufzusitzen gewehnen und unterweisen / nemlich also:

Erstlich solle er / der Bereuter / von fernen zu dem Pferd gehen / das Pferd auch in allem / (gleich-

tes, uti in præcedenti capite factum, consideret; post habenas & virgam sinistrâ capiat, cacumine aut sursum directo, aut ex alterâ parte deorsum juxta anteriorem eandemque dextram equini pedis curvaturam, verso; eâdem manu ephippii capitulo aut equi jubæ firmiter inhæreat, sinistro pede stapedi sinistro fortiter insistat, unicoque posteà momento, erecto corpore, capiteque non curvato, sensim sursum ephippio insiliat, nec lapidis instar incidat, diligenti imprimis cautione adhibitâ, ne dextro femore aut calcari equi dorsum tangat.

Postquam ergo ephippio insederit equiso, servet æquilibrium, & omnia decenter componi curet, priusquam equo porrò progrediatur: stapes insuper dexter arctius intendatur, ut eo citiùs equo insilire possit.

Hæc si aliquoties præsente Tyrone, & diligenter attendente, ab equisone præmonstrata sint, Tyro eadem imitetur; ita tamen ut primis vicibus in conscendendo, donec singula perfectè assecutus sit, sublevetur. Vid. *N. VII.*

Isthæc conscensio omnibus equitandi arti operam navantibus, percommoda est, quia si Princeps aut Nobilis, naturâ gravi & indispositâ corporis statura laboret, nec unquam conscensioni aut descensioni quæ fit remoto Basis adminiculo, assuefactus fuerit, fortè autem fortunâ in campum aut alium quemcunque locum ejusmodi Basi destitutum, inciderit, non solum difficulter equum conscendet, sed & periculum subest præsentissimum, ne ejusmodi Dominus in conscendendo retrorsum decidat; ut alia vitia atque errores, qui exinde possunt oriri, prætercam. Quibus adde, quod inveterata ejusmodi ad Basin conscendendi consuetudo difficulter possit mutari.

Econtra licet Dominus ejusmodi crassi sit, & gravis corporis, à teneris autem sine Basis adminiculo conscendere sit assuefactus, non solum per totam vitam multum emolumenti ex ascensione ejusmodi capiet, sed & in omnibus occasionibus & dubiis eventibus, admodum ipsi expediet, idque tàm circa compositam corporis dispositionem, quàm expeditam atque extemporaneam conscensionem. Postquam itaque Dominus equitandi finem fecerit, (servo equum habenis, & dextro stapede, firmiter tenente) sinistrâ habenis apprehensis & virgâ, simili planè modo in descendendo procedat, quo in conscendendo fuerat usus: dextrum pedem ex stapede liberet, ex anteriori eâdemque dextrâ analectidis ephippii parte unâ aut altera vice se expediat, tertiâ autem vice, sensim ex ephippio evolet, atque tandem descendat. Probè tamen animadvertendum, ut in descendendo obliquè ad latus

wie im vorhergehenden Capitel beschehen) betrachten / und da diß geschehen / den Zaum und Spißruten in die lincke Hand nehmen / entweder die Spitzen gerad übersich / oder dißseits untersich neben deß Pferds fordern rechten Bug gekehret / sich mit derselbē Hand an dem Sattelknopff / oder an deß Pferds Möni vest halten / mit dem lincken Fuß in den lincken Steigbügel vest tretten / uñ dann in einem Tempo, mit geradem Leib und nit gebucktē Haupt / sich übersich fein sittsam in den Sattel schwingen und nicht plump hinein fallen / absonderlich auch verhüten / daß man mit dem rechten Schenckel oder Sporn deß Pferds Rucken nicht berühre.

Wann man nun in dem Sattel gesessen / solle man sich zurecht setzen / und alles wol lassen zurecht machen / ehe und bevorab man fürsich reitet / man solle ihme auch den rechten Steigbügel wol anziehen lassen / so wird er auch desto behender auf das Pferd kommen können.

Wann nun der Bereuter diß alles in Præsenz deß Herrn oder Scholarn etlichmaln gethan / und er fleissig zugesehen / solle mans ihm auch nachthun lassen / doch etlichmaln am ersten demselben nachhelffen / bis er es ergriffen hat. Besiehe N. VII.

Solch Auffsitzen ist sehr nutzlich allen Personen die der Reuterey sich befleissigen / Ursachen / wann grosse Herrn oder Cavalier vorhin von Natur schweres oder indisposten Leibs sind / niemaln also ohne Vorthel auf- und absitzen gelernet / und ungefehr im Feld / oder sonsten da kein Vorthel ist / auf- oder absitzen wollen / da kommt es dieselben nicht allein schwer und sauer an / sondern es ist auch die höchste Gefahr dabey / daß ein solcher Herr leichtlich im Auffsitzen hintersich über das Pferd hinunter fallen kan / andere Mängel und Fehler so hieraus kommen / zu geschweigen / und ist solches hernach / wann man sich also mit dem Vorthel aufzusitzen angewehnet / schwerlich mehr zu entwehnen und anderst zu lernen.

Hingegen da ein solcher Herr ob er schon dick und schweren Leibs ist / von Jugend auf also aufzusitzen gewohnt ist / so kommt ihme hernach solches sein Lebtag im Auffsitzen nicht allein wol zu statt / sondern ist ihme in allen Occasionen sehr dienlich / so wol wegen Disponirung seines Leibs / als auch sich geschwind zu Pferd zu schwingen. Wann der Herr nun ausgeritten hat / solle derselbe (nachdeme der Knecht das Pferd beym Zaum und dem rechten Steigbügel vest hält / mit der lincken Hand / Zaum und Spißruten wieder verfahren / wie im Auffsitzen / den rechten Fuß aus dem Steigbügel thun / sich am fordern rechten Sattelbausch / mit der rechten Hand (gleichwie im vorhergehenden Capitel schon vermeldet worden) ein paarmal loß machen / und dann das drittemal sich fein sittsam aus dem Sattel schwingen und absteigen / aber wol observiren daß wann man absteiget / man seitwerts neben das Pferd zu stehen komme / also daß der lincke Arm oder die lincke Seiten neben deß Pferd lincker forder Bug komme / und man dem Pferd recht neben seiner Seiten

equi descensio instituatur, ita ut brachiũ sive sinistrũ latus versus anteriorẽ eamq; sinistram equini pedis curvaturam vergat, & equus ad latus pastomidẽ versus rectâ oculis subjaceat, econtrà si facies versus equi caput, dorsum autem pastomida versus verteretur, modicâ corporis agitatione damnum inferre Tyroni calcitrando equus facilè posset. Et tantum quidem de hoc capite. Vid. *N. VIII.*

CAP. XI.

Cur & quomodo Principi aut Nobili modus plane contrarius, à dextra scilicet manu conscendendi, sit suggerendus.

NOn solum ut Princeps aut Nobilis ad Basin, & sine ejusdem adminiculo, ad commune equi latus, sinistrum scilicet conscendere & descendere discat necesse est: sed & ex dextro latere conscendere discat oportet. Non prius tamen illud tentabit, antequam duos illos conscendendi modos communiter receptos, probè imbiberit, postea hunc in modum Tyro instruendus est: ad latus dextrum habenas & virgam dextrâ, sicut alias lævâ solet, capiat, capituloque ephippii aut jubæ equinæ firmiter innitatur: dextrum pedem dextro stapedi inserat, sinistro autem brachio & pede simul ephippio insiliat: Primâ tamen vice modus hic conscendendi & descendendi ad Basin debet tentari, & si ejusdem adminiculo rem apprehenderit, eâ remotâ itidem exerceri.

Descensio itidem ad Basin fieri primo debet, atque manu, habenis, & virga eadem procedendi ratio, quæ in conscendendo adhibebatur, observari, idemq; desiliẽdi, & versus dextram & quidem anteriorem equini pedis curvaturam perveniendi modus recurrat, sicut antecedenti capite de sinistra curvatura in descendendo monuimus.

Isthæc observatio equiti non solum admodum utilis est, eumq; in descendendo promptum dispositumq; reddit, sed & usum habet in militia egregium; in quâ si quis equi jacturam passus fuerit, obvium quemq; arripere necesse habet, exclusus temporis penuriâ equum vertere aut ad Basin aliquam adducere, siquidem equo utcunq; sors tulerit, insilire posse, valde expediat; quo quidem subsidio plurimi ex ancipiti vitæ discrimine atq; præsentissimis periculis incolumes evasere.

Et tantum de modo conscendendi, prius quam equitare pergat Tyro & descensione, absoluta lectione, dixisse sufficat.
conf. *N. IX. X.*

ten gegen der Grouppe sehen könne / widrigen falls / so man das Gesicht gegen deß Pferds Kopff und den Rucken gegen desselben Grouppe halten wolte / das Pferd sich nur herum drehen darff / und einem leichtlich mit Schlagen Schaden thun kan; Und so viel auch von diesem Capitel. Besiehe N. VIII.

Das XI. Capitel.

Warum und wie man einen grossen Herrn oder Cavalier, gantz wiedersinns / als nemlich auf der rechten Hand / auf- und absitzen informiren solle.

ES ist nicht allein hochnöthig / daß ein grosser Herr oder Cavalier, auf und ohne Vorthel auf der gebräuchlichen Seiten deß Pferds / als nemlich auf der lincken auf- und absitzen könne; sondern er solle auch solches auf der rechten lernen / doch solle solches mit ihme noch nicht vorgenommen werden / bis er die andern zwey zuvorn erstlich wol ergriffen / dann soll mans ihme also weisen: Er solle auf der rechten Seiten mit der rechten Hand / den Zaum und Spitzruten / wie sonsten mit der lincken Hand gebräuchlich ist / fassen / und sich an den Sattel-Knopff oder deß Pferds Møni vest halten / den rechten Fuß in den rechten Steigbügel thun / und sich mit dem lincken Arm und Fuß zugleich in den Sattel schwingen / jedoch solle solches Auf- und Absitzen / erstlich bey einem Vorthel geschehen / und so man das beym Vorthel ergriffen / kan man solches auch ohne Vorthel thun.

Wann man absitzen will / soll man auch bey dem Vorthel erstlich absitzen / und mit der Hand / dem Zaum und Spitzrut wieder verfahren / gleichwie man aufgesessen / auch sich auch also abschwingen / daß man neben deß Pferds rechten fordern Bug zu stehen komme / wie in vorigen Capiteln vom lincken Bug im Absitzen ist erinnert worden.

Dieses ist nicht allein ein sehr nutzliches Stück für einen Reuter / sich recht dispost im Auf- und absitzen zu machen / sondern auch im Krieg / da man vom Pferd kommen / und geschwind einem ein anders an die Hand kommt / und man da nicht lang Zeit hat solches umzuwenden / oder zu einem Vorthel zu führen / sintemal es sehr wol bekommt / wie man ein Pferd findet / auf solches auf und ab zu springen / und mancher dardurch sein Leben erretten kan / oder sich aus grosser Gefahr bringen.

Und so viel wäre nun von dem Auf- und absitzen deß Reuters / für und nach dem Reiten gesagt. Besiehe N. IX. X.

Cap. XII.

Quænam Lectio Principi aut Nobili, postquam equum conscendit, primùm sit proponenda.

QUamprimum Tyro equum conscenderit, & singula huic negotio necessaria decenter composuerit, duo servi equum tenentes, antrorsum eum ducant, rectamque lineam perficiant.

Interim omnibus quæ ad Basin ante & in ipsa conscensione Tyroni ab Equisone inculcata & præmonstrata sunt, sedulò attendat, corpus, indusium, & femora Tyronis consideret, continuò penes equum ambulando Tyronem de faciendis aut omittendis compellet, mox axillas, dorsum, manus, femora corrigat, & vel minutissima quæque objurgatione castiget.

Comitabitur etiam peritus equiso puerum Principem, & ad latus dorsum versus Dominum sustentabit, ne cadere possit; Nunquam enim in officio nimiam curam adhibuerit, aut supererogationis opera apud tantum Dominum præstiterit.

Quæ quidem continuanda sunt, usq; dum ejusmodi sustentatione carere possit, corporisque staturæ dirigendæ assuescat, & intrepidè equum tractet, nec aliâ prorsus lectione, quam quæ per rectam lineam fit, imbuatur. Quam si fuerit assecutus, tunc audacter ad alia progredi poterit, sicuti in sequenti capite audiemus.

Quod si Dominus ejusmodi non esset pusillus, aut teneræ nimis ætatis, qui manuum sustentatione supersedere queat, equus tamen ducatur ad chordam alligatus, id quod etiam cum aliis Tyronibus qui omnibus numeris perfectam artis notitiam affectant, observandum. Quanto autem temporis spatio id possit fieri, definiri nō potest, cùm Tyrones judicio, ætate, robore, & corporis dispositione ita varient, ut certum apprehensionis tempus determinari non possit. Vid. *N. XI.*

Das XII. Capitel.

Welches die erste Lection seye/ die man einem jungen Herzn oder Cavalier, wann er aufgesessen ist/ geben solle.

SO bald der Herz aufgesessen / und seine Sachen / welche darzu gehören / alle zurecht gemacht hat / sollen die zwey welche das Pferd halten/ solches für sich führen / und eine gerade Lineam mit ihme machen.

Unterdessen solle der Bereuter / alles das jenige / was er dem Herzn bey dem Vorthel vor und im Auffsitzen/ gewisen/ wol in Acht nehmen / und deß Herzn Leib/ Händ und Schenckel betrachten/ continuirlich neben ihme hergehen und dem Herzn zusprechen / was er thun oder ändern solle / bald den Kopff/ den Hals / die Axel / den Rücken / die Händ/ die Schenckel corrigiren / und nichts so gering es auch seyn kan / ihme verschweigen oder vorüber gehen lassen.

Es solle auch ein erfahrner der Reit-Kunst/ neben dem Herzn hergehen / und ihne an der Seiten rückwerts halten / darmit er nicht herab falle / dann bey einem solchen jungen grossen Herzn / der Sachen gar nicht zuviel geschehen / auch man bey ihme gar nicht zu fleissig seyn kan.

Solches solle man nun mit ihme continuiren/ bis man demselben nicht mehr helffen darff / und er seinen Leib etwas weist/ ein Hertz zu Pferd bekommt/ ihm auch durchaus kein andere Lection / als die gerade Lineam weisen / wann er nun solches gefast/ so darff man ihm trauen / und mit ihme ferner procediren / wie im nächstfolgenden Capitel wird vermeldet werden.

Dafern es aber kein kleiner oder gar junger Herz wäre / den man nicht halten dörffte / soll man ihn doch an einer Corde führen / und gerad aus die Lection / wie oben in diesem Capitel vermeldet worden / weisen / gleicher massen es auch mit andern Schulern / die Profession davon machen wollen/ muß in Acht genommen werden / in wie viel Zeit aber solches geschehen kan / ist nicht möglich / dann nicht alle Schuler / einerley judicium, Alter/ Stärcke / oder Leibs Disposition sind / als hierinnen auch kein gewisse Zeit der Ergreiffung kan beschrieben werden. Besiche N. XI.

Cap. XIII.

Sequitur secunda Lectio Tyroni ad columnam in chorda proponenda.

QUamprimum Princeps aut Nobilis quadantenus intrepidus nec sustentationis indigus equo insidet, alligetur equus ad chordam, & ad columnam perducatur, monstreturq; Tyroni modus pedetentem rotundam *Voltam* (gyrum) conficiendi.

Ita tamen *Volta* hæc Tyroni repræsentanda est, quasi linea esset in suas partes divisa, recta scilicet & obliqua, ut necessario in linea

Das XIII. Capitel.

Folget nun die andere Lection / welche man dem Herzn oder Cavalier am Pilier, an einer Chorda geben solle.

SO bald nun der Herz oder Cavalier etwas beherzt zu Pferd sitzt / und man denselben nicht mehr halten darff / solle man dem Pferd eine Corde anlegen / und dasselbe damit an den Pilier nehmen/ und ihme weisen/ wie er eine runde Volta Fuß für Fuß machen solle.

Solche Volta aber muß man ihme also weisen / daß es nichts als eine ausgetheilte Linea seye/ nemlich die gerade und die abhangende/ daß also nothwendig

recta equus ſemper procedat, ex qua demum oriatur circularis, ſicuti in ſchemate ſubjuncto adumbratum eſt.

Domino igitur ad dextram equitante (ad quam omnes lectiones auſpicandæ & finiendæ) ſiniſtrâ habenas pauliſper interiùs, dextram verſus dirigat; ſic equus non ſolum uti decet decenter caput eriget, ſed & decorè ſe ſe vertet, pedesque ornatè collocabit. Similiter ſi ſiniſtrorſum equitet, lævam pauliſper eandem in partem dirigat, interim tamen à centro conſuetæ directionis manus, nimiùm non recedat, ſed in omnibus verſuris attendat, ut axilla & manus dextra præ ſiniſtra aliquantulum promineant, ſiquidem illud in omnibus aliis actionibus quæ ſuper equum fiunt, ſummè neceſſarium eſt.

Porrò Domini equitantis corpus attentè obſervet equiſo, quum lectio hæc majori moleſtia corpus afficiat, quàm prima; idem modus informationis etiam apud reliquos tyrones retineatur, ſemperque corpus, caput, manus, & femora probè conſiderentur.

Quamprimum in linea rectâ (in quâ ſolâ, neutiquam ſuper quacunque aliâ) gradum ſiſtit, oſtendatur ipſi, quomodo manus paulò ſurſum, corpus aliquantulum retrorſum, (minimè tamen extra decentem poſituram) femora verò aliquantiſper antrorſum ſint vertenda, quo quidem modo decorè gradum ſiſtet equus. Tunc Nobilis equum ad paſſus tres aut quatuor, blandè, minimè verò violenter, aut habenis pectori admotis, retrahat, poſteà tres paſſus antrorſum progrediatur, inter progrediendum autem habenas pauliſper laxet, ut equus ſibi progrediendum eſſe, intelligat. Vid. *N. XII. XIII. XIV.*

wendig das Pferd allezeit auf gerader Linea fürſich gehen muß / aus welcher dann eine Zirckelrunde entſpringet / wie allhier verzeichnet.

Wann der Herr nun auf die rechte Hand reitet / (auf welche Hand man dann in allen Lectionibus anfangen / und das End in der Lection machen ſolle) ſolle er mit der lincken Hand den Zaum ein wenig innwendig gegen der rechten führen / ſo wird das Pferd nicht allein den Kopff wie gebräuchlich recht halten / ſondern auch dabey wenden / und ſeine Füſſe recht ſetzen. Deßgleichen ſolle er ſeine lincke Hand ſo er lincks reitet / etwas auf dieſelbe Seiten führen / dabey aber von dem Centro der gewöhnlichen Handführung nicht gar zu viel abweichen / auch in allen Wendungen Achtung geben / daß ſeine rechte Schultern / ſamt der rechten Hand etwas für der lincken Hand ſeye / ſintemal ſolches in allen andern Actionibus zu Pferd höchlich von nöthen iſt.

Ferner ſolle der Bereuter dem Herrn auf ſeinen Leib wol Achtung geben / dann dieſe Lection den Leib ſchon etwas mehrers incommodiret / als die vorige / gleichermaſſen ſolle man die andern Schuler unterrichten / und in allem den Leib / Kopff / Händ und Schenckel wol in Acht nehmen.

So bald er auf der geraden Linea, dann in keinem andern Ort man pariren ſolle / pariret (das iſt ein reuteriſcher Terminus und heiſt ſoviel als ſtill hält) ſoll man ihme weiſen / die Hand ein wenig in die Höhe / den Leib ein gar klein wenig hinterſich (doch nicht auſſer der Poſtur) die Schenckel aber etwas hervor halten / ſo wird das Pferd die Parada recht machen (das iſt recht ſtill ſtehen) alsdann ſolle der Cavalier das Pferd ein Schritt drey hinterſich jedoch fein ſittſam ziehen / und nicht mit Gewalt oder den Zaum an die Bruſt drücken / und dann drey Schritt fürſich gehen laſſen / in dem er aber das Pferd fürſich gehen läſſet / ſolle er ihme auch mit dem Zaum in etwas Lufft laſſen / damit es verſtehe / daß es avanciren müſſe / das Pferd chariſſiren und darauf ſtill halten. Beſiehe N. XII. XIII. XIV.

Cap. XIV.

Lectio tertia docet ſuccuſſationem circa columnam.

SI pedetentim equo incedere aſſecutus fuerit Princeps, oſtendendum quoque ipſi eſt, quomodo ſuccuſſando etiam gyrus ſit variandus, quæ ſuccuſſatio rurſus longè majore moleſtia corpus afficit, quam præcedens lectio: quapropter corpus Principis de novo ſedulò conſiderandum. Et quamprimùm animadverterit Equiſo, femora, manus, corpus, caput minus decenter geri, crebrò eidem acclamet, cùm lectio hæc unicum fundamentum ſit immotæ ſeſſionis, cæterarumq; ſequentium lectionum decenter exhiben-

Das XIV. Capitel.

Die dritte Lection / welches iſt der Trab um den Pilier.

NAch dem Fuß für Fuß gehen / muß man auch dem Herrn weiſen / wie er die Volta um den Pilier traben ſolle / ſolches Traben incommodirt wieder vielmehr / als die vorige Lection / und muß man in dieſer Schul deß Herrn Leib de novo wol in Acht nehmen / demſelben öffters zuſprechen / ſo bald man nur ſehen wird / wo irgend ein Schenckel / die Hand / der Leib / der Kopff unrecht geführt wird / dann dieſe Schul das Fundament alles Veſtſitzens / und andere Schulen zu machen / iſt / derowegen allhie Auffſehens vonnöthen / ſintemal wie der Herr oder Cavalier in dieſer Schul einen

darum : quapropter hîc si usquam requiritur attentio ; siquidem quacunque dispositione aut staturâ corporis in hâc lectione corpus imbuerit tyro, eandem in singulis sequentibus lectionibus & gymnasmatibus sit retenturus, sive ad terram, sive supra terram fiant, nec si indecoræ corporis posituræ in hac lectione assueverit, eandem facilè mutare possit, quoscunque saltatores ipsi suppedites.

Quæ Lectiones supra terram fieri solitæ, quandoque quidem corpus rursus corrigunt; eam tamen quam in succussando corporis posituram quis assecutus est, porrò quoque in *Galoppo* & omnibus lectionibus ad terram fieri solitis, retinebit.

Hæc enim succussationis Lectio non solum totum equitis corpus examinat, sed & in omnibus reliquis gymnasmatibus eundem corroborat : qua propter hæc lectio diu Domino est inculcanda, nec ulla alia sive in *Galoppo*, sive in *Redoppo* intermiscenda, cùm certum reddere quemvis velim, omnem Tyronem qui in succussatione qualescunque profectus fecerit, corpusque, caput, manus, & femora in hâc lectione, ut decet, gerere noverit, in reliquis lectionibus universis egregiè progredi posse, cùm aliàs minus feliciter sine pennis volaveris.

Succussatio autem alarum vices præstat, cujus subsidio in omnibus sequentibus lectionibus facilius pergere, equumque in conspectu Principis non sine gratia in gyros cogere possis. Vid. *N. XV. XVI.*

Parada hujus lectionis respondet præcedenti, excepto quod coërcitio manûs debeat esse paulò vehementior.

CAP. XV.

Quomodo Equus pedetentim ab uno latere ad aliud sit equitandus? qui modus aliàs actio in transversum vocatur.

DOmino igitur per Lectiones præcedentes equitationi paulisper assueto, corpusque atque femora, non sine qualicunque decore moderante, lectio hæc in linea rectâ ipsi proponenda est ; id quod primâ vice commodissimè fieri posset in loco in quo murus situs est, aut ager rectis sulcis aratus. Sinistra verò manus una cum habenis Tyroni ab initio aliquantisper dextrorsum vertenda est, virgæ cacumine deorsum verso: Suram sinistram infra sinistrum equi oculum tyro teneat, aut si nihil proficiat, sinistrum hallum una cum stapede anteriori equi pedi, aut intra cingulum & inflexuram pedis anteriorem subtiliter adhibeat: Nihilominùs tamen pes directè, calcanea, & calcaria extrorsum, digiti verò pedis introrsum verti, totumque corpus erectum, oculi ali-

Leib an sich gewehnen wird / so wird er auch denselben in all andern Lectionen und Schulen behalten / sie seyen gleich bey der Erden oder über der Erden / und kan ihme (wofern er eine übelanstehende Postur deß Leibs in dieser Schul sich angewehnet) solche schwerlich hernach mehr abgewehnet werden / man gebe ihme gleich Springer zu reiten wie man will.

Welche Schulen so par haut gehen / bisweilen den Leib zwar wieder corrigiren / gleichwie aber der Leib im Trab eine Postur bekommen / dieselbe wird er auch wol fürters im Galopp und allen Schulen bey der Erden behalten.

Sintemal diese Lection deß Trabs examinirt nicht allein den gantzen Leib deß Reuters / sondern bestättiget ihn auch in allen andern Schulen / deßwegen soll man einem Herrn diese Schul eine geraume Zeit weisen / und keine andere Schul inzwischen / weder im Galopp noch Redopp mit ihme vornehmen / dann ich einen gewiß versichern will / daß wer sein Pferd wol traben kan / und seinen Leib / Kopff / Hand / und Schenckel / in dieser Lection / wie sichs gebühret / führet / der wird hernach in allen andern Schulen wol fortkommen können / dann man nicht ehender solle fliegen / man habe dann Federn bekommen.

Nun ist der Trab nichts anders / als die Schwing-Federn deß Reitens / mit welchen Federn man hernach sich in alle andere Lectionen schwingen / und endlich sein Pferd mit guter Gratia vor einem Herrn dummeln kan. Besihe N. XV. XVI.

Die Parada in dieser Lection ist / wie im vorigen Capitel / ausser mit Anhaltung der Faust ein wenig stärcker.

Das XV. Capitel.

Wie man ein Pferd Fuß für Fuß / von einer Seiten zur andern / solle reiten / welches man sonsten traversiren heisset.

WAnn nun der Herr durch vorhergehende Lectionen etwas zu Pferd gerichtet ist / und seinen Leib und Schenckel ziemlich führet / solle man diese Lection auf einer geraden Linea mit ihme vornehmen / welches zum füglichsten erstlich geschehen kan / entweder an einem Ort / da eine Mauer oder ein gerade Furch in einem Acker ist / man solle aber erstlich dem Herrn die lincke Hand mit dem Zaum etwas auf die rechte Hand wenden / die Spitzrut solle der Herr dem Pferd / doch die Spitzen untersich gesencket / unter dem lincken Aug halten / und den lincken Waden / im Fall diß nicht helffen wolte / den lincken grossen Zähen samt dem Bügel an deß Pferds forder Bug / oder zwischen dem Gurt und forder Bug gantz subtil andrucken / der Fuß muß aber ein und den andern Weg gerad gehalten / die Versen und Sporn auswerts / und die Zähen am Fuß innwendig gekehret / wie auch der

quantulum duntaxat obliquè, in eam quam equo petis, partem, dirigi debent.

Quod si Tyro sinistrorsum equo progrediatur, habenæ sinistrorsum, paulò tamen sublimiùs dirigendæ sunt; Virga infra dextrum equi oculum tenenda, dextrumque femur, sicuti de sinistro notandum est, applicandum est. Si huic adminiculo morem progrediendo gerat equus, femur continuò admovendum non est, quippe quod non indecorum solummodo, sed & si semel huic malo assuefactus sit Tyro, difficulter medelam recipiat.

Equiso insuper equum tenens chordâ ligatum, juxta eundem ab extra procedat, & ubi fuerit opus, virgâ eidem adminiculum suppeditet; quod si sessor equum gubernare taliter qualiter ipse possit, nec muro nec sulco indigebit, sed in hippodromi area percommodè fieri res poterit. Linea autem recta Domino observanda est quam diligentissimè, ne ab eâdem aberret, aut equo modò antrorsum, modò retrorsum exorbitare permittat. Si Tyro jam pedetentim in transversum agere capax est, eadem etiam lectio repetatur succussando, nullo alio, quam de quo diximus, adminiculo adhibitio. Vid. *N. XVII. XVIII.*

Nunc autem me judice, Domino removendi essent stapedes versatiles, isque per menses tres aut quatuor, pro qualitate captûs, pedetentim & succussando sine stapedibus exercendus: idque ut non solum firmam femorum rationem habere, sed & immotæ sessioni erectæque corporis positurae assuefieri posset.

Cap. XVI.

Quomodo Principi aut Nobili Galoppus ad columnam in chorda primùm sit proponendus.

Ex succussatione *Galoppus* oritur, si quidem de fundamento equestris artis facienda verba sunt, quapropter præcedentem lectionem *Galoppus* comitetur: quùm aliàs jam assuetus sit immotæ sessioni Dominus, ad *Galoppum* pergere poterit.

Primò, omnium in hac lectione requiritur, ut manus paulò sublimior, adstrictiorque, levata tamen geratur. Si enim attractionem continuaveris, non solum non progrederetur equus, sed & in altum surgere anniteretur.

Ante omnia autem, priusquam ad *Galoppum* pergas, pedetentim equus progrediatur, succusset parumper, ex succussatione verò ad *Galoppum* incitetur, sequentem scilicet in modum: Quamprimum succussationem finiverit, animumque instigandi equum ad *Galoppum* applicuerit, femur sinistrum

der gantze Leib gerad / und die Augen nur ein wenig auf die Seiten/dahin man reitet/gewand seyn.

So er aber auf die lincke Hand reitet / den Zaum auf die lincke / doch in etwas in die Höhe führen / die Spitzruten unter deß Pferds rechten Aug halten / und den rechten Schenckel / gleich wie vom lincken erinnert worden/ andrücken. So das Pferd nun auf diese Hülffe gehet / solle der Reuter seinen Schenckel nicht continuirlich an das Pferd halten / welches ihm nicht allein gar übel anständig wäre / sondern darneben auch / so solches der Reuter gewohnen thäte / würde er hernach schwerlich mehr von solcher Gewonheit zu bringen seyn.

Es solle auch der Bereuter das Pferd an einer Corde haltend / neben dem Pferd auswerts hergehen/und so es von nöthen/dem Pferd mit der Spitzruten ein wenig die Hülffe geben/solte aber der Herr das Pferd schon zimlich regieren können/ darff man keiner Mauren noch deß Ackerbrets / sondern es kan solches auf dem Platz der Manege verrichtet werden / doch muß der Herr die gerade Lineam wol in Acht nehmen / daß er darauf bleibe/und nicht das Pferd bald für sich gehen / bald hinter sich kriechen lasse. Wann der Herr oder Scholar das Pferd Fuß für Fuß nun traversiren kan / solle man ihme solche Lection im Trab auch weisen / und keiner andern als vorgemeldter Hülffe sich gebrauchen. Besiehe N. XVII. XVIII.

Nunmehro aber wäre meines Erachtens Zeit/ daß man dem Herrn die Schweiffbügel wegnehmen solte / und ihn ein Monat drey oder vier nach Befindung seines Lernens und Fassens / im Fuß für Fuß / und im Trab ohne Bügel reiten lassen / damit er sich seiner Schenckel versichere / vest sitzen/ und seinen Leib desto gerader führen lerne.

Das XVI. Capitel.

Wie man den Herrn oder Cavalier, erstmals am Pilier an einer Corde solle Galoppiren lehren.

Aus dem Trab entspringet der Galopp, wann man anderst vom Fundament der Reuterey reden will / also solle auch dieser vorigen Lection nunmehro der Galopp folgen; weiln ohne diß der Herr in seinem Sitzen besser versichert/ also solle man ihn sein Pferd galoppiren lassen.

Das allererst in dieser Lection ist / daß er seine Hand ein klein wenig höher/ als im Trab, und darzu etwas verhaltener / jedoch schwebend halte/ sintemal wann er darmit continuirlich anhielte / würde das Pferd nicht allein nicht für sich gehen / sondern sich wol gar mit ihme in die Höhe begeben.

Förderst aber / ehe er anfängt zu galoppiren/ solle er das Pferd Fuß für Fuß gehen lassen, ein wenig traben/ und aus dem Trab in Galopp ansprengen / nemlich auf nachfolgende Manier; So bald er getrabt/und nun willens ist das Pferd in Galopp zu bringen/ solle er dem Pferd den lincken Schenckel mit dem Waden hinder dem lincken fordern Fuß

una cum sura, pone sinistrum anteriorem equi pedem ad ephippii cingulum adhibeat, pugnum habenasque modicum coerceat, interiorique femoris parte, mensuram equo suppeditet (quæ quàm lenissimè, nec aliter ac si dextro pede, ejusque anterioribus digitis stapedi firmiter insistere vellet, fiat necesse est; sic calcaneum deorsum, digiti pedis sursum, patella retrorsum, & ita per unicam hanc mensuram femur dextrum ad decoram proportionem redigetur) pòst, manum paulisper laxet, virga sursum sinistram versus equi aurem porrectâ: quod si equus dextrorsum se verti invitus pateretur, virgam equo infra sinistrum oculum dirigat.

Ubi notandum: Tyroni in omnibus lectionibus, axillam manumque dextram antrorsum esse extendendas, quocunque nomine lectio veniat, super equo formato illud observet; quod si omiserit, decora corporis positura se privabit, corpore in confusionem redacto, equoque erroribus tam in lectione, quàm in oris moderamine, obnoxio reddito, & quod omnium pessimum est, equo non secus ac saccus frumento turgidus inhærebit.

Si verò *Galoppo* Tyro vellet uti sinistrorsum, dextrum femur equo applicet, adminiculumque aut femoris mensuram sinistro pede adhibeat, atque in omnibus quæ antea circa versuram quæ dextrorsum fit, observata sunt, contrario modo, manu, virgâ, & cæteris procedat; axillâ tamen dextrâ in omnibus lectionibus, quamcunque ad manum sese vertat, antrorsum versâ.

Hic *Galoppus* tamdiu continuandus est, donec in eo etiam debitam perfectionis mensuram Tyro impleverit, id quod pro ingenii & decora corporis dispositione intra bimestre spatium (ut multum indulgeam) commodè fieri potest.

Propter certas verò causas, imprimis si sit formatus equus, nunquàm finita *Parada* ad levationem incitetur. Vid. *XIX. XX.*

Cap. XVII.

Quomodo Princeps aut Nobilis equum circa columnam, clunibus versus columnam versis, transversum agere, sit informandus.

Galoppum excipit *Redoppus*, quæ media lectio est, & omnium præcipua, ex quâ omnes reliquæ lectiones quæ ad terram fiunt, tanquam ex fonte perfectionem suam mutuò accipiunt, quin imò & eæ quæ super terram fiunt, certo respectu, lectionis hujus subsidio utuntur.

Hæc itaque lectio accuratè ut imbibatur, compendiosior certiorque modus non datur, quàm ut equo prius femoris notitiam,

dem Pferd bey dem Gurt deß Sattels anhalten/ die Faust mit dem Zaum ein klein wenig verhalten/ und mit dem innwendigen rechten Schenckel ein klein Tempo geben (welches Tempo aber gantz gelind geschehen muß / und nicht anderst muß gegeben werden / als wann er eben mit dem rechten Fuß mit dem fordern Zähen vest und hart in den Bügel tretten wolte / so wird die Fersen untersich / die Zähen übersich/ die Kniescheiben zurück/ und also durch diß einige Tempo der rechte Schenckel zierlich avanciren / und die Faust darauf etwas schiessen lassen / die Spitzruten aufrecht gegen deß Pferds lincken Ohr halten/und da das Pferd nicht gerne auf die rechte Hand wenden wolte / die Spitzruten dem Pferd unter das lincke Aug halten.

Dabey zu mercken / daß der Scholar in allen seinen Schulen / seine rechte Schultern und Hand für sich halten / es mag auch ein Schul seyn / was für eine kan genennt werden / so solle er solches auf einem abgerichten Pferd observiren / thut er das nicht/so hat er erstlich keine gute Postur, der Leib ist in Disordre, das Pferd wird dardurch irr in der Schul und im Maul/und das das ärgste ist/so wird der Scholar auf dem Pferd wie ein Meelsack hangen.

Wann aber der Scholar auf die lincke Hand galoppiret/so solle er dem Pferd den rechten Schenckel anlegen / und die Hülff oder das Tempo deß Schenckels mit dem lincken Fuß geben / und in allem / was vorhin in der Wendung auf die rechte Hand vorgangen/das Contrarium mit der Hand/ Spitzruten und anderen machen / jedoch die rechte Schulter in allen Schulen / auf welche Hand es seyn mag/ vorwarts wenden.

Diesen Galopp soll man nun so lang continuiren / bis der Scholar gnugsam auch hierinnen perfectionirt ist / welches nach eines Scholaren guten Ingenii und Leibs-Disposition / wol innerhalb zwey Monat aufs längst geschehen kan.

Man soll aber um gewisser Ursach willen/ das Pferd (so es darzu dressirt ist) auf die Parada niemaln leviren lassen. Besiehe N. XIX. XX.

Das XVII. Capitel.

Wie man den Herrn oder Cavalier, ein Pferd um den Pilier solle mit der Grouppe gegen dem Pilier gewandt / traversiren lehren.

NAchdem Galopp folget der Redopp, welcher die Mittel-Schule und principaleste unter allen ist / aus welcher auch alle andere Schulen / welche bey der Erden geschehen/ ihre Perfection erlangen / und auch die über der Erden / in gewisser Weis und Maß sich dieser Schul / nemlich deß Redopps bedienen.

Zu dieser Schul nun recht zu kommen / und den kürtzesten / jedoch gewissesten Weg zu treffen/ ist nicht möglich / man lerne dann das Pferd zuvor

recht

actionemque in transversum, quæ pedetentim circa columnam fit, probè imprimas; quanquam modus hic agendi in transversum, paulò molestior fit, quam ille, qui super lineâ recta instituitur. Porrò Tyro ante omnia dispositioni corporis sui diligenter attendat, manus supra mediocritatem elevet, equum debito tempore capite interius ad *Voltam* inclinato, vertat, si clunes ad latus jactitet, equo exteriorem femoris partem parumper adhibeat, non tamen nimis diu, ne clunes nimis introrsum ad latus vergant.

Quamprimum hæc pedetentim præstare perfectè didicerit, succussando etiam equum circa columnam exerceat: & sic haud obscurè animadvertet tyro, actionem in transversum circa columnam longè esse molestiorem, eâ, quæ fit super linea rectâ.

Quod reliqua attinet, in omnibus eam corporis staturam adhibebit, quæ in lectione rectæ lineæ tam à sinistra dextram versus, quam à dextra sinistram versus inculcata est. Vid. *N. XXI. XXII.*

Cap. XVIII.

Modum informandi Principem aut Nobilem, equum chordâ ligatum circa columnam, Redoppo exercendi, clunibus versus columnam versis, sistit.

EO jam perventum est, ut Dominus aut Tyro equo ambulare, succussare, *Galoppo* ingredi, super linea recta, & circa columnam pedetentim equum transversum agere possit; sequitur igitur *Redoppus*.

Lectio hæc siqua alia, immotam sessionem, decoramque corporis staturam requirit; siquidem hac in lectione vel levissimus Equitis motus errorem designare potest.

Quapropter uti in præcedenti capite dictum est, sessioni accuratè attendat Tyro, manum cum habenis tempestivè, & sine vacillatione vertat, elevetque: si opus fuerit manu & habenis equum aut coerceat, aut remittat, posterioribus equi in debita proportione conservatis aut alterâ vice equo pedetentim ultrò citroque commeet, antequam ad ipsum Redoppum pergat.

Deinde cum Redoppum auspicatur, exteriorem femoris partem parumper cohibeat, interiori verò modicum adhibeat adminiculum, nec aberit quin equus progrediatur.

Studiosè autem sibi prospiciat Tyro, ne equum interiori femoris parte tangat, multominus calcaribus infestet.

Finito verò Redoppo, & Paradâ absolutâ, si equus ad hanc rem sit formatus, post Paradam unâ aut altera vice ad levationem eundem instiget, quæ levatio uno eodemque loco fieri neutiquam debet, sicut detestandus

recht den Schenckel verstehen / und traversiren / solches um den Pilier fein Fuß für Fuß / dieweiln aber solches traversiren etwas beschwerlichers fällt / als das jenige auf der geraden Linea, so muß für allen Dingen der Scholar, seine Leibs Postur wol in Acht nehmen / die Höhe zimlich in die Höhe halten / das Pferd zu rechter Zeit wenden / den Kopff innwendig bey der Volta tragen lassen / was die Grouppe auswirfft / dem Pferd den auswendigen Schenckel etwas anhalten / doch nicht gar zu lang / sonsten es mit der Grouppe zuviel einwarts käme.

Wann er nun solches Fuß für Fuß perfect machen kan / so soll er auch in dieser Lection / das Pferd um den Pilier traben lassen / so wird der Scholar mercklich spühren / wie das traversiren um den Pilier in der Volta, gegen der geraden Linea ihm beschwerlicher fallen wird.

Sonsten solle er seinen Leib führen in allen Dingen wie in der Lection auf der geraden Linea, so wol von der lincken zur rechten / als von der rechten zur lincken Hand ist erinnert worden. Besiehe N. XXI. XXII.

Das XVIII. Capitel.

Wie man den Herrn oder Scholarn an einer Corde um den Pilier, die Grouppe gegen dem Pilier gewandt / solle sein Pferd Redoppiren lehren.

NUnmehr kan der Herr oder Scholar sein Pferd / spacissiren / trottiren / galoppiren / auf der Linea und um den Pilier, Fuß für Fuß traversiren / folget nun darauf das redoppiren.

Diese Schul nun erfordert die höchste Stillsitzung und wolständigen Leib zu Pferd / sintemal auch in dieser Lection die geringste Bewegung deß Reuters einen Fehler begeben kan.

Solle derowegen der Scholar seine Sitzung / wie im vorigen Capitel erwehnt worden / wol in acht nehmen / die Hand mit dem Zaum bey Zeiten / doch stät wenden / und in die Höhe halten / wanns vonnöthen thut / die Hand mit dem Zaum dem Pferd nehmen / und geben / die Grouppe wol halten / das Pferd ein paarmal um den Pilier Fuß für Fuß spacissiren / ehe mans redoppirt.

Hernach zu Anfang deß Redopps, dem Pferd den auswendigen Schenckel / ein wenig zuruck halten / mit dem innwendigen aber eine kleine Hülffe geben / so wird das Pferd avanciren.

Sich aber darneben wol fürsehen / daß er das Pferd mit dem innwendigen Schenckel nicht anrühre / vielweniger mit dem Sporn vexire.

Wann der Scholar nun das Pferd redoppirt / und parirt hat / solle er es ein paarmal auf die Parada leviren / dafern es dazu informirt ist / doch nicht auf einer Stelle / (wie leider der Mißbrauch überal eingerissen / wodurch fein artlich die still-

iste abusus proh dolor ubique obtinet, ex quo non solùm equi redduntur refractarii, sed & infiniti errores alii ex spuriâ istiusmodi Parada propullulant; præprimis si militari methodo equo incedendum est, & expectatione subsidii manualis indiget: Quæ quidem expectatio manualis subsidii per Paradam illam, quæ uno eodemq; loco identidem fieri consuevit, funditus destruitur.

Postea, ubi finita Parada eques respirandi spatium equo indulserit, utrumque latus versus una aut altera vice pedetentim ad transversam actionem incitet, gradum sistat, ad tres præter propter gradus retrahat, postea totidem gradus antrorsum iterum procedere jubeat, gradumque denuò sistat, poppysmateque peracto, descendat. Vid. N. XXIII. XXIV.

schweigende Stätigkeit nicht allein / sondern andere unzehliche Fehler durch obbenandte falsche Parada ausgebrütet werden / sonderlich an einem Pferd / welches a la soldate gehen solle / und das Faust-Warten hoch vonnöthen hat / welches Faust-Warten sag ich / durch diese Parada, welche immer zu auf einer Stell gemacht wird / in Grund und Boden hinein verderbt wird.)

Hernach wann der Reuter nun das Pferd auf die Parada hat verschnaufen lassen / soll ers ein paarmal auf jede Hand Fuß für Fuß traversiren / still halten / ein Schritt oder drey hintersich ziehen / dann wieder so viel fürsich gehen lassen / wieder still halten / das Pferd charissiren / und darauf absitzen. Besiehe N. XXIII. XXIV.

Cap. XIX.

Modum Principem aut Nobilem circa columnam, capite equi columnam versus reflexo, equum transversum agere, inculcat.

HÆc lectio Equiti itidem admodum est necessaria: sicuti enim lectione N. XXI. XXII. equus in Volta columnam versus, clunibus semper ad intra versis, transversus agitur: ita in hac lectione, clunes extra Voltam semper teneat, simul tamen æquali corporis motu progrediatur.

Quapropter Equitis hac in lectione officium est, manus semper vertere extrinsecè. Parastata autem columnæ assistens, antrorsum ad latus equum infra flexuram virgâ tangat, servus autem quidam, ponè sequens, à tergo adminiculum super crepidinem virgâ suppeditet, uterq; tamen in uno latere: sic equus ex anteriori & posteriori parte æqualiter se geret, & in eâ qua decet, circumferentiâ, permanebit. Hanc lectionem si eques pedetentim perfectè exhibuerit, succussando etiam eandem exerceat. Vid. N. XXV. XXVI.

Das XIX. Capitel.

Wie man den Herrn oder Cavalier um den Pilier, den Kopff deß Pferds gegen dem Pilier gewandt / solle traversiren lehren.

DIß ist auch eine sehr nothwendige Lection für den Reuter / dann gleich wie das Pferd bey der Lection N. XXI. XXII. die Grouppe allezeit in der Volta gegen dem Pilier einwarts haltend traversiret / als solle es hergegen in dieser Lection die Grouppe allezeit aus der Volta halten / und doch darneben mit gleichem Leibe gehen.

Solle derowegen der Reuter in dieser Lection die Hand allezeit auswendig wenden / der am Pilier stehet / dem Pferd vornen auf der Seiten unteren Bug mit der Spitzruthen / der Jenige welcher hinten nachgehet mit der Spitzruthen hinten neben der Grouppe helffen / jedoch alle beyde auf einer Seiten / so wird das Pferd vornen und hinden zugleich kommen und in seiner gebührlichen Circumferenz verbleiben / wann der Reuter diese Lection mit dem Pferd Fuß für Fuß wol machet / solle ers hernach auch im Trab machen. Besiehe N. XXV. XXVI.

Cap. XX.

Quomodo Tyroni modus equum, capite ejus versus columnam verso, Redoppo exercendi, sit ostendendus.

QUam primum ex lectione præcedente, equo & ambulando & succussando Tyro poterit progredi, eodem etiam modo Redoppo sese exercebit.

Et quemadmodum antea in Redoppi Exercitio sederat immotus, ita etiam hâc in lectione omnia ea adminicula, quæ capite 19. monstrata sunt, applicabit, sicuti etiam pedum subsidia, & eadem quidem quæ in præcedenti capite fuerunt obvia, hîc recurrere debent. Vid. N. XXVII. XXVIII.

Das XX. Capitel.

Wie man den Scholaren informiren solle das Pferd zu redoppiren den Kopff deß Pferds gegen dem Pilier gewendet.

SObald ein Cavalier das Pferd in dieser vorgehenden Lection spacissiren und trottiren kan / solle ers auch also redoppiren.

Und gleichwie er zuvorhero im Redopp still gesessen / also solle er auch in dieser Lection sich aller vorigen Hülffen wie im 19. Capitel vermeldet worden / bedienen / wie auch die Hülffe zu Fuß / wie im vorhergehenden Capitel vermeldet / geschehen müssen. Besiehe N. XXVII. XXVIII.

Das

CAP. XXI.

Quomodo Dominus aut Tyro intra columnas Courvettarum exercitio sit imbuendus.

SI Tyro in lectionibus quæ ad Terram fieri solent, satis decoræ corporis posituræ assueverit, porrò cum eo ad altiora progrediatur Equiso, primamque lectionem quæ supra terram fit, ipsi proponat. Id quod intra columnas fieri necesse est; Extra columnas enim Tyroni, qui nunquam hanc lectionem exhibuerat, illud indulgendum non est. Inter eas autem lectiones prima est, quam Courvettarum vocitant.

Hæc autem lectio Redoppo paulò est molestior, quapropter observari statim poterit, an tyro sedeat immotus, quomodo caput, corpus, femora, & pugnum ad singulas motiones teneat? Nec clavis tantum omnium reliquarum quæ supra terram solent institui, hæc eadem est lectio, sed & tyroni in formatione & institutione equorum, galoppo imprimis, multum confert commodi: Non solum enim & manum & æquilibrium equitis examinat egregiè, sed & sponte suâ omnia vitia corrigit. Si enim nimis manum elevet tyro, habenas non remittit; sin deprimat, vel nimium deorsum flectitur, vel pedum ex terrâ elevationi non succurrit: Si vagè manum dirigat, capite equus repentè sursum fertur, corpus incurvat, confusionemque excitat, tam in levatione, quàm appressis clunibus humi incubatione. Quapropter lectio hæc Tyroni summè est necessaria, priusquam ad alias, quæ vel ad terram, vel supra terram fiunt, transitum faciat. Nulla enim lectio in utraque classe omnibus numeris absolutum reddet equitem, nisi & manus & femora, & corpus & pugnum in hac lectione ad perfectionem usque exercuerit.

Tyro itaque prima vice Courvettarum exercitio equum imbuturus, corpus directè erigat, manus decenter & constanter elevet, femora immota & antrorsum quidem dirigat, equo juxta aures prospiciat, diligenter attendens ne in ulla motione, sive corpore, sive manu, sive femore equo sit impedimento. Sedulò insuper omnes gradus, sectiones & mensuras observet, in diesque ad magis decoram sessionem impetrandam adspiret.

Virgam teneat modo in omnibus reliquis lectionibus, adminiculo non indigentibus, usitato; cùm equus sponte suâ incedendi modum percipiat & pedestris domitoris adminiculum præstoletur.

Quapropter immotus tantum tyro sedeat, intentus tantum elevationibus equi & ejus sequelæ quæ acclinatis humi natibus fieri solet, quomodo sint comparatæ? ut in omni-

Das XXI. Capitel.

Wie man den Herrn oder Scholarn/ zwischen den Piliern solle courvettiren lehren.

WAnn der Scholar in den Schulen bey der Erden einen zimlichen Leib führet / solle man mit ihme ferner procediren / und die erste Lection in den Schulen in der Höhe geben/ welches zwischen den Piliern geschehen solle / dann ohne Pilier, solle man einem Scholaren / welcher diese Lection niemaln gemacht hat / nimmermehr trauen / unter welchen Lectionen nun die Courvetten die ersten seyn.

Solche Schul aber gehet was härters als der Redopp, deßwegen man bald sehen wird / wie der Scholar vest sitzet/wie er seinen Kopff/Leib/Schenckel und Faust auf jede Bewegung hält/ und ist fürwar diese Schul nicht allein der Schlüssel zu allen andern Schulen/ welche in der Höhe gehen/ sondern sie kommt einem Scholaren in Abrichtung und Dressirung der Pferd hernach / sonderlich im redoppiren / viel zu nutz / dann sie examiniret die Hand und das Gewicht deß Leibs deß Scholaren nicht allein trefflich / sondern sie corrigirt alsbald auf der Stell von sich selbsten / dann führt er die Hand zu hoch / so folgt sie nicht nach / führt er sie zu nieder / so kommt sie entweder zu nieder und nicht aus dem Boden / führt er sie unstät / so grellt das Pferd mit dem Kopff/ krümmt den Leib / und macht eine Disordre, sowol im leviren / als im rebattiren oder nachsetzen / derowegen solche hochvonnöthen/ehe der Scholar andere Schulen / sowoln bey/ als über der Erden vornimmt / dann keine Schul in allen zweyen Classen einen Reuter perfect machen wird / wo nicht zuvor seine Hand und Schenckel/ Leib und Faust hierinnen perfectionirt seyn.

Solle demnach ein Scholar, welcher erstlich auf einem Pferd Courvettiren will / seinen Leib fein gerad / die Händ der Gebühr nach in der Höhe und stät / die Schenckel gantz still und für sich halten/dem Pferd zwischen die Ohren sehen / und fleissig observiren/daß er dem Pferd zu einer jeden Bewegung/ nicht mit seinem Leib / Hand oder Schenckel hinderlich seye/auch genau auf die Sätze und das Tempo Achtung geben / so wird er dardurch je länger je mehr zierlich lernen zu Pferd sitzen.

Die Spitzruten solle er halten wie in allen andern Schulen / welche keiner Hülffe darmit bedärffen / Ursachen das Pferd von sich selbsten weiß zu gehen / und auf deß Bereuters zu Fuß Hülff wartet.

Deßwegen der Scholar nur still darauf sitzen und observiren solle/ wie die Levada und das Nachsetzen ihme fürkommt/ daß er in allem seine Fühlung daraus erlernen könne / man soll auch den Scholaren

bus exinde percipere sensum possit. Ultra quatuor autem Courvettas in una mensura exhibere tyroni fas non esto, priusquam corpus suũ quadantenus correxerit: Plures enim Courvettas ingeminare, equiti non conducit, quum corporis perturbationem, manuum, femorumque confusionem importent.

Courvettarum verò exercitio ubi assueverit tyro, beneficio sensitivæ facultatis ipse experietur, quomodo adminicula femorum in collocatione sponte sua sint subventura. Mensuram si alia statim excipiat, porrò instrui poterit tyro, quomodo ad unamquamque mensuram, si opus sit, adminiculum vel surâ, vel calcari sit applicandum? Vid. N. XXIX. XXX.

ren zum ersten / bis ers gewohnt / über vier Courvetten auf einem Tempo nicht machen lassen / bis er seinen Leib vorhero etwas corrigirt / dann viel Courvetten auf einmal machen zu lassen / dienet nicht für den Reuter / sintemal dieselben ihn in eine Disordre seines Leibs / Händ und Schenckel bringen.

So nun der Scholar der Courvetten gewohnt ist / wird er hernach fühlen / wie die Hülffe der Schenckel im Setzen sich selbsten weisen werden / wann ein Tempo auf das andere folget / alsdann kan man ihme auch ferner weisen / wie er zu jedem Tempo, so es vonnöthen / die Hülffe mit den Waden oder Sporn geben solle. Besiehe N. XXIX. XXX.

Cap. XXII.

Quomodo Tyroni Courvettarum Exercitium super recta linea, equo tamen ad chordam alligato, sit instillandum.

QUamprimum antecedentem lectionem tyro assecutus, & in earum exhibitione moderaminis capax fuerit, una cum equo super linea recta juxta parietem quendam ducatur: Pòst in areâ, in qua Courvettas exhibere placet, pedetentim ultrò citroque commeet, inde gradum sistat, per passus duos aut tres equum leniter retrahat: Tum progrediatur, gradum sistat, Courvettasque incipiat; nunquam tamen duodenarium numerum excedat. Primùm, duæ, quatuor; pòst sex, decem, & omninò duodecim fieri possunt: Cùm in omnibus equi vires & anhelitus, numerusque Tyronum equum exercentium, considerari mereatur.

Corporis autem posituram, manûs & femorum directionem quod concernit, coincidit eadem in omnibus, cum illa, de qua in antecedenti capite mentio facta est. Manus elevanda quidem est, non tamen rigeat, verum pendens geratur, ut si equus nimis sursum tenderet, remitti paulisper possit. Oculi equitis directè prospiciant; femoribus eques non remiget, nec decoram corporis posituram perdat. Quod si ad unum vel alterum latus equus se flectere, aut posteriora corporis eò jactare velit, in illo latere femur planius paulisper applicet, directè prospiciat, absolutaque Paradâ, poppysmate equum demulceat, & super lineâ rectâ gradum sistat, sicuti supra ab initio capitis, mentio facta est. Hoc modo vires per Courvettas fractas aliquatenus equus recolliget, fervorem exhalabit, & acquiescet.

Notandum est & hoc, quod quæ de uno latere dicta sunt, eadem de altero quoque intelligenda esse. Et si non semper progredi

Das XXII. Capitel.

Wie man den Scholaren die Courvetten auf einer geraden Linea, doch ihne an einer Corde führend / solle machen lehren.

SO bald nun der Scholar die vorige Lection ergriffen / und auch darinn sich zu gubernieren weiß / soll man denselbẽ mit dem Pferd auf eine gerade Lineam, jedoch neben einer Wand nehmen / dann auf dem Platz / auf welchem man Courvettiren will / das Pferd ein paarmal Fuß für Fuß lassen auf- und abreiten / darauf stillhalten / das Pferd ein Schritt zwey oder drey hintersich gelind ziehen / sodann fürsich gehen / ein wenig still halten / und die Courvetten anfangen machen lassen / jedoch niemaln über zwölff. Man kan erstlich zwey / vier / darnach sechs / zehen und gar zwölff machen / sintemal man in allem deß Pferds Vermögen und Athem consideriren / auch wie viel Scholarn darauf kommen / wol in Acht nehmen solle.

Sonsten solle er die Postur seines Leibs / Führung der Hand und Schenckel / in allem halten / wie im vorhergehenden Capitel vermeldet worden / die Hand zwar in der Höhe führen / aber nicht starr / sondern schwebend / damit wann sich das Pferd gar zu sehr in die Höhe thun wolte / solche Hand etwas niedriger halten könne / die Augen deß Reuters sollen gerad für sich sehen / mit denen Schenckeln nicht zabeln / oder mit dem Leibe ausser der Postur kommen / und da das Pferd sich etwan auf eine Hand krümmen / und die Grouppe auswerffen wolte / solle der Scholar den Schenckel auf derselbigen Hand ein wenig blatt anlegen / gerad fürsich sehen / und auf die Parada das Pferd charissiren / und auf der Linea gerad still halten / wie vorhero zu öberst dieses Capitels gemeldet worden / so wird das Pferd nach den Courvetten sich wieder etwas recolligiren / und die Hitze allgemählich verlieren / und sich begütigen.

Es ist aber auch darbey zu mercken / daß / was von einer Seiten gesagt wird / daß es auch von der andern zu verstehen seye; Und wann das Pferd nicht allemal

vellet equus, nec suffraginibus humi appressis serpendo sequi, calcaria illicò, quamvis leviter saltim tyro admoveat, pòst femora rursus teneat immota: Pedester domator adminiculis equo diligenter succurrat, nec modò nimis concitatam modò nimis tardam mensuram exhibeat, sed mensuræ & altitudine, & velocitate sint planè parallelæ.

Insuper primâ vice equo succussatori imponendus tyro non est, sed equo incedenti molliter; cui postquam assueverit, gradatim ad succussatores ascendere licebit. Vid. *N. XXXI. XXXII.*

Cap. XXIII.

Quomodo Tyro in gyro circa columnam Courvettarum exercitio sit imbuendus.

COurvettas super linea recta, excipiunt eæ quæ in gyro fiunt circa columnam; quæ lectio difficilior aliquantulum est, quam altera: Attendatque tyro sedulò in vertendo manum & habenas, necessum est. Quod si equus tergum cum posterioribus ad latus jactaret, eidem exteriori femoris parte subveniat; interiorem autem femoris partem, Voltam versus respicientem, immotam gerat, nec levissimè etiam eadem equum tangat. Quod si progredi recusaret, modicum adminiculum eadem equo suppeditet (tam subtilia autem & lenia sint oportet ista adminicula, ut sensum spectatorum prorsus fugiant) quod fit modica exterioris femoris partis coërcitione, interiorisque femoris partis stapedi impressione.

Idem prorsus modus hujus lectionis ad utramque manum recurrit. Pedestri Domitori columnæ assistenti, ut equus in æquali circulo permaneat, attendendum est, ne modò laxum modò arctum gyrum efficiat, nec plures æquo in unicâ mensura Courvettas exhibeat. Si Volta perficiatur, una sufficit. Parada super linea recta in hac lectione est exhibenda. Vid. *N. XXXIII. XXXIV.*

Cap. XXIV.

Quomodo lectiones quædam ad Terram, tam passu, quàm succussatione, Galoppo & Redoppo præstandæ, sint instillandæ.

HActenus genuinam corporis posituram obtinuit tyro, nec decoram solùm sed & immotam sessionem est assecutus, quin & pugnum & femora ex asse regere novit. Equo pedetentim ambulare, eundem obliquum

allemal avanciren wolte / auch nicht mit den hindern Schenckeln nachrutschen / soll der Scholar dem Pferd geschwind (jedoch gelind) ein paar Sporn geben / und darauf die Schenckel wieder still halten; Der zu Fuß solle das Pferd fleissig mit der Hülffe in Acht nehmen / damit es nicht bald ein gar zu geschwindes / bald ein gar zu langsames Tempo mache / sondern ein Tempo soll wie das ander / so hoch und so geschwind seyn.

Man soll auch den Scholarn erstlich nicht auf eines setzen / welches gar zu hart gienge / sondern auf eines / das sanfft und leiß gehet / wann er diß gewohnet / kan man hernach allgemählich ihne auf ein anders / welches härter gehet / promoviren. Besiehe N. XXXI. XXXII.

Das XXIII. Capitel.

Wie man den Scholarn in der Volta um den Pilier solle Courvettiren lehren.

AUf die gerade Linea, folgen nun die Courvetten in der Volta um den Pilier, diese Schul ist nun etwas schwerers als die andere / und solle der Scholar seine Hand mit dem Zaum im Wenden wol in Acht nehmen / und so das Pferd mit der Grouppe ausfallen wolte / demselbigen mit dem auswendigen Schenckel helffen / den innwendigen Schenckel / welcher in die Volta sihet / still halten / auch das Pferd im geringsten nicht darmit berühren / da es aber nicht avanciren wolte / eine kleine Hülffe darmit geben / (jedoch müssen solche Hülffen so subtil und gelind seyn / daß der Zusehende solches nicht mercke) welches geschiehet nur in etwas Zuruckhaltung deß auswendigen Schenckels / und Trettung mit dem innwendigen Schenckel in den Bügel.

Und gleichwie man diese Lection auf eine Hand machet / also muß dieselbe auch auf die andere Hand gemachet werden; Der zu Fuß am Pilier solle in Acht nehmen / daß das Pferd in gleicher Runde bleibe / nicht bald eine weite / bald eine enge Volta mache / auch nicht zuviel Courvetten auf ein Tempo machen lassen / wann eine Volta gemachet wird / ists gnug auf einmal. Die Parada muß auf der geraden Linea in dieser Lection gemacht werden. Besiehe N. XXXIII. XXXIV.

Das XXIV. Capitel.

Wie man den Scholaren etliche Schulen bey der Erden / so wol im Schritt / Trab, Galopp und Redopp zu machen / unterweisen solle.

BJs hieher hat der Scholar die rechte Postur zu Pferd gefaßt / er sitzet nicht allein zierlich und vest zu Pferd / sondern weiß auch seine Faust und Schenckel zimlichermassen zu gebrauchen und zu führen; Er kan sein Pferd Fuß für Fuß

 spacis-

agere, succussare, Galoppo, Redoppo & Courvettis exercere pollet.

Nunc temporis ratio suadet, eidem modos equum militari methodo, aliisque lectionibus equestribus exercitiis familiaribus exercendi, proponere, idq; sine chordæ adjumento, aut pedestris informatoris subsidio.

Et quamvis æquum esset, ut omnes lectiones subsequentes, supra terram obvias, priùs apprehendisset, omniumque adeò lectionum notitiam possideret, illud tamen propter sequentia obstacula fieri non potest: quia non cuivis Tyroni tamdiu incumbere licet equestribus exercitiis, donec omnes Lectiones absolvat, sed plurimi equum militari modo vertere, hasta discum, caput, & truncum trajicere posse, acquiescant. Nec tutum aut consultum est puerum Principem, nisi expressum sit in promptu mandatum aliquod, lectionibus quæ supra terram fiunt, fatigare.

Qua propter hîc lectiones ad terram necessarias, præ reliquis, quæ sequentur, & supra terram fieri solent, impræsentiarum apponam, & quâ ratione eædem sint exhibendæ, Tyronibus monstrabo. Sequitur itaque primò Volta Crucis.

Quod igitur Voltam Crucis attinet, eadem hunc in modum conficitur: primùm Equus procedit pedetentim, & si bis gyrum emensus sit à dextra in ipso Voltæ medio fiat permutatio: Deinde si ad lævam equo progrediaris, aut à læva ad dextram mutationem instituas, inter versuram in medio Voltæ habenæ equo modicè sunt coercendæ, pars femoris exterior adhibenda, posterioribus introrsum versis: quo facto, habenæ statim remittantur, sicque alteram manum versus, antrorsum licet, equus vertatur. Si verò equus posteriora introrsum verterit Galoppumq; ex asse exhibuerit, exteriorem femoris partem tyro removeat, & consueto loco gerat. Quod si non semper equus vellet progredi, modico adminiculo quod interioris stapedis impressione fit, succurrat, quod tamen adeò leniter est faciendum, ne quisquam animadvertat.

Si gradum sistere necesse est, non nisi super recta linea illud fiat, sicuti lineæ transversæ in schemate supposito, illud adumbrant; immotus eques sedeat, ad quietem equum componat, manus paulò sublimiùs elevet, per duos aut tres passus equum retrahat, rursusque iterum procedat, posteà adhuc semel gradum sistat, poppysmateque equum demulceat.

Quemadmodum igitur hæc lectio pedetentim est incipienda, sic idem modus in suc-

spacissiren / traversiren / traben / galoppiren / redoppiren und courvettiren.

Nun ist Zeit / demselben zu weisen / wie er sein Pferd auf Soldatisch / und andern Schulen / welche zu Ritterlichen Exercitiis gehörig / reiten solle; Und solches ohne Corda oder Hülffe deß Bereuters zu Fuß.

Und obwoln billich wäre / daß er zuvorhero alle nachfolgende Schulen über der Erden auch gefaßt hätte / und also in allen Schulen gantz versichert würde / so ists aber darum zu thun / weiln nicht ein jeder Scholar so lang auf einer Reit-Schul zu bleiben begehret / bis er alle solche Schulen absolviret und zu End gebracht hat / sondern nur sein Pferd auf Soldatisch zu wenden / darneben zum Ring / Kopff und Quintana begehrt zu rennen / zu dem auch nicht rahtsam ist / einen grossen Herrn / wo es nicht ausdrücklich befohlen wird / auf solche hohe Schulen über der Erden zu setzen:

Als will ich hiemit die nothwendige Schulen bey der Erden / für den andern Schulen / welche noch folgen / und par haut gehen / setzen und weisen / wie ein Scholar solche machen solle / folget nun fürs erste eine Volta durchs Creutz.

1. Die Creutz Volta anlangend / wird solche gemacht auf diese nachfolgende Weis: Erstlich Fuß für Fuß / wann man ein paarmal auf der Volta durchwechselt / hernach auf die lincke Hand reitet / oder von der lincken Hand durch die Volta auf die rechte changiret. Im Durchwechseln soll man in Mitte der Volta dem Pferd den Zaum etwas verhalten / den äussern Schenckel anlegen / und es die Grouppe machen geben / und so bald diß geschehen / den Zaum ihme wieder nachlassen / und also auf die andere Hand / jedoch vorwarts wende / wann aber das Pferd die Grouppe geben hat / und im Galopp just kommet; soll der Scholar den äussersten Schenckel hinweg thun / und an seinem gebührlichen Ort halten / und so es nicht allemal avanciren wolte / ihme eine kleine Hülffe mit Trettung deß innwendigen Bügels geben / aber so subtil / daß man es nicht mercken kan.

Wann man nun pariret / solle er an keinem Ort pariren / als auf der geraden Linea, wie hierbey die überzwerg Strich solches andeuten / still sitzen / das Pferd fein sittsamm still / und die Hand ein wenig höher als sonsten halten; Ein Schritt zwey oder drey fein gemach hintersich ziehen / wieder still halten / und es caressiren.

Gleich wie man nun in dieser Lection Fuß für Fuß anfahen / also solle man auch im Trab und Galopp

cussatione & Galoppo observandus, excepto quod in his duabus lectionibus posterioribus, manus paulò magis sit attrahenda, Parada autem paulò fortior esse debeat.

Ante omnia in hac lectione diligenter notari debet posteriorum conversio, quum collocatio pedum equinorum Galoppi exactè exhibendi instrumentum sit, sine quo tota lectio spuria est.

lopp damit verfahren / ausser daß in diesen letzten zwey Schulen die Hand ein wenig verhaltener und die Parada etwas stärckers seyn solle.

Man muß vor allen in dieser Lection das Geben der Grouppe wol in Acht nehmen / dann das Setzen der Pferde den Galopp just nehmen macht/ohn welchen die gantze Lection falsch ist.

N°. 1

N°. 2

Secunda lectio est, in qua variatio semper fit ad intra, ut videre est N. 2. hæc autem hunc in modum fiat: si à dextra sinistram versus flectere placet, in flectendo pugnus parumper est attrahendus, exterior verò sinistri femoris pars retrahenda, qua ratione suffraginibus incumbet, dimidiatamque Voltam ad formam Passadæ exhibebit: Quamprimùm autem equus versus est, exterior sinistri femoris pars ab equo removeatur, eademque modicum adminiculum (quod unica impressione in stapedem fit) adhibeatur, sic concitatiori gradu equus progredietur. Insuper & hoc studiosè est observandum, ut post versuram habenæ paulisper etiam dextrorsum dirigantur, modicumque attrahantur, qua ratione suffraginibus eò meliùs retrocedet & in coercitione exterioris dextri femoris partis crepidinem in ea qua decet positura sistet.

Idem modus observandus est sinistram versus, si scilicet à sinistra dextram versus flectere lubeat, exterior dextri femoris pars retrorsùm adhibenda est, ante ipsam versuram pugnus modicum attrahendus; post versuram autem idem femur dextrum stapedi imprimendum, exteriorque sinistri femoris pars (modicâ habenarum ad lævam attractione additâ) admoveatur.

Probè autem in utraque versura notandum est, quòd quæ de femorum admotione hic dicuntur, eò saltim spectent, quod tamdiu saltim admovenda sint, donec equus se verterit, suffraginibus incubuerit, versusque lævam progressus fuerit, tum verò utrumque

Die andere Lection ist eine Volte, in welcher man allezeit innwendig wechselt / wie N. 2. zu sehen/solche muß aber auf diese Manier gemacht werden / wann man von der rechten Hand auf die lincke wenden will / soll man die Faust ein wenig anhalten im Wenden / und den auswendigen lincken Schenckel zuruck / so wird sich das Pferd setzen und eine halbe Volta in Form einer Passada machen/so bald aber das Pferd gewendet hat / soll man dem Pferd den äussern lincken Schenckel hinweg thun/und mit eben demselbigen eine kleine Hülff in den Bügel (das ist / ein Tritt in den Bügel) thun / so wird das Pferd desto hurtiger avanciren / man muß aber eben genau in Acht nehmen/daß auch nach der Wendung man dem Pferd den Zaum ein wenig auf die rechte Seiten halte / und damit etwas verhalte / so wird es sich desto besser setzen/und die Grouppe bey Anhaltung deß rechten äussern Schenckels recht geben.

Gleicher Weis soll es auch auf die lincke Hand in Acht genommen werden / nemlich wann man von der lincken Hand auf die rechte wenden will/soll man auch den auswendigen rechten Schenckel zuruck anlegen / vor dem Wenden die Faust ein wenig anhalten / nach dem Wenden aber mit ebenmässigem rechten Schenckel ein Tritt in den Bügel thun / und den auswendigen lincken Schenckel/ nebenst ein kleiner Verhaltung deß Zaums auf die lincke Hand/anlegen.

Es ist aber bey beyden Wechslungen wol zu mercken / daß was von Anhaltung der Schenckel hievon gemeldet wird / daß solches nur dahin zu verstehen seye/daß sie nur so lang sollen angehalten werden/ bis das Pferd sich gewendet/ gesetzt/ und auf die andere Hand avancirt hat; Dann soll man beyde

femur removendum, & in consueto loco reponendum.

Ejusmodi igitur Lectiones duobus fieri possunt modis: primus modus variationes semper obliquas gyrat, sicuti videre est in schemate N. 1. initio facto ad literam a. continuando autem ad literam b. c. d. secunda lectio adumbrata est in schemate N. 2. in qua semper variatio in Volta è regione Variationi respondet. vid. e. f. g. h.

Schenckel vom Pferd hinweg / und wieder an ihren gewöhnlichen Ort halten.

Solche Schulen nun können auf zweyerley Manier gemacht werden / die eine / da man allezeit übereck changirt / wie in der Volta mit N. 1. zu sehen / und man lit. a. den Anfang machet / und dann mit b. c. d. ferner fortfähret; Die andere Schul ist in der Volta mit N. 2. zu sehen / da man allezeit gegeneinander über in der Volta wechselt / siehe e. f. g. h.

N° 3

parada.

Parada. Parada.

parada.

Lectio tertia Volta spatiosa est, ex qua quatuor minores excluduntur, quæ aliàs quatuor circuli solent nuncupari. Hi verò circuli hunc in modum sunt dispescendi, ne alius alio major aut capacior efficiatur. Usus autem hujus lectionis in eo consistit potissimùm, ut equum quoque in Voltâ arctiùs flectere tyro comprehendat, leniquе pugno assuescat.

Hæ voltæ quarum quatuor sunt, si singulæ semel dextrorsum fuerint exhibitæ, variatio super rectâ lineâ, ubi obliquam lineam decussat, fit sinistrorsum, sicuti lectione primâ ostensum est. Pòst rursus quatuor circuli sinistrorsum fiunt, clausura verò ad dextram incidit; deinde spatiosam Voltam producit tyro, deinde angustam unicam, tunc gradum sistat, hoc modo Parada in loco competente, ipso scilicet medio fiet, sicuti ex inspectione schematis N. 3. patescet.

Eadem Volta alio etiam modo exhiberi potest, si scilicet Volta prima absoluta, ad secundum illicò variatio, ab hac ad tertiam, à tertia verò ad quartam succedat; ex quarta verò per lineam decussatam dextrorsum vasta Volta fiat, sic Parada denuò in consuetum locum, aut quemcunque ex quatuor circulis eligas incidet; vid. N. 3.

Quarta lectio vocatur Repellonis, consistens in duabus, sed parvis Voltis: quarum una dextrorsum, altera sinistrorsum & super rectâ quidem linea, formatur, sicuti in schemate N. 4. ad oculum patet.

Initium autem capiendum est ex litera a. Et volta bis dextrorsum absoluta, variatio

Die dritte Lection ist eine Volta, aus welcher man vier kleine Volten machet / so man sonsten die vier Ring zu nennen pfleget. Solche vier Ring aber müssen also ausgetheilet werden / daß keiner grösser oder weiter als der andere gemachet werde / und dienet diese Lection fürnemlich darzu / daß der Scholar das Pferd auch enge in der Volta wenden lernet / und eine leisse Faust bekommet.

Solche Volten nun / wann sie alle vier auf die rechte Hand einmal gemacht sind / so wechselt man auf der geraden Linea im Creuz durch auf die lincke Hand / gleich wie in der ersten Lection gedacht worden / macht alsdann wieder vier Volten auf die lincke Hand / schließt hernach wieder durch auf die rechte Hand / und machet eine weite Volta; und dann nur eine einzige kleine / dann parirt / so kommt die Parada an ihr gebührliches Ort / recht in die Mitte zu stehen / wie hier bey Num. 3. zusehen.

Man kan auch diese Volta auf eine andere Weise machen / wann man in der 1. Volta herum ist / daß man alsbald auf die 2. Volta wechselt / und von der 2. auf die 3. und von der 3. auf die 4. und von dar durchs Creuz durch auf die rechte Hand / eine weite Volta, so kommt die Parada wieder an ihren gebührlichen Ort / wo man will an alle 4. Ort. Vid. Num. 3.

Die vierdte Lection ist der Repelion / solche sind 2. kleine Volten / eine auf die rechte / und eine auf die lincke Hand / auf einer geraden Linea, wie hier bey Num. 4. verzeichnet ist.

Man muß aber Litera a. anfangen / und wann die Volta zweymal auf die rechte Hand herum

N°. 4

a b d c

tertia vice ſiniſtrorſum eſt inſtituenda, ſicuti litera b. oſtendit. Volta inſuper lit. c. itidem bis ſiniſtrorſum eſt repetenda, & poſtea variatio lit. d. dextrorſum formanda. Quod ſi in hac lectione quælibet Volta utramque manum verſus bis variata fuerit, unicæ menſuræ ſatisfactum erit, quamvis pro qualitate caballi virium duplicari etiam, augeri vel diminui poſſint. Parada hujus lectionis fiat in loco lit. f. conſignato.

Volta ante variationem utramque manum verſus ſemper exactè claudenda eſt, id quod hac ratione fieri poteſt. Si variatio inſtituenda ſit à dextra ſiniſtram verſus, pugnus priùs accuratè debet verti, Volta adhibitione ſiniſtri femoris claudi; & quam primùm tàm verſura quàm clauſura peracta fuerit, pes ſiniſter ſtapedi imprimatur, ſic equus progredietur: Deinde femur dextrum retro adhibeatur.

Imprimis in clauſura Voltæ equus habenis pauliſper coerceatur, ut ſpatium ſuffraginibus incubandi obtineat, & eò expeditiùs poſtea progrediatur.

Si verò à ſiniſtra dextram verſus variationem inſtituere placeat, ſiniſtrum femur retrahitur, menſuraque dextro femore in ſtapede applicatur. Sicuti ergò hæc lectio in Repellone per Galoppum in dimidiata Volta perficitur: Sic eadem in Voltis dimidiatis (ſemivoltis) per Redoppum perfici poteſt, progreſſione nihilominus ſuper rectâ lineâ facta. vid. N. 4.

um iſt/ das drittemal wie lit. b. weiſet/ auf die lincke Hand wechſeln / und die Volta lit. c. auch zweymal lincks machen / und dann lit. d. die rechte Hand wechſeln/und wann man in dieſer Schul auf ein jede Hand die Volta zweymal gewechſelt hat/ ſo iſts genug auf ein Tempo, wiewol man nach deß Pferds Vermögen / ſolche dupliren / mehr oder weniger machen kan / die Parada ſoll ſeyn in dieſer Lection/ wo lit. f. bezeichnet iſt.

Die Volta muß allemal für dem Wechſel auf jede Hand wol geſchloſſen ſeyn/ ſolches kan aber auf nachfolgende Weis geſchehen / nemlich / man muß die Fauſt / wann man von der rechten zur lincken Hand wechſeln will / für dem Wechſeln wol wenden/ die Volta mit Anlegung deß lincken Schenckels / ſchlieſſen / und ſo bald die Wendung und Schliſſung geſchehen iſt / einen Tritt mit dem lincken Fuß in den Bügel thun / ſo wird das Pferd avanciren / alsdann den rechten Schenckel zuruck anlegen.

Bevorab ſoll man bey der Schlieſſung ein klein wenig das Pferd mit dem Zaum verhalten/ damit es die Zeit habe zum ſetzen/und deſto beſſer hernach avanciren könne.

Wann man aber von der lincken auf die rechte Hand wechſeln will/ſo legt man den lincken Schenckel zuruck / und gibt das Tempo mit dem rechten Schenckel/nemlich den Tritt in den Bügel. Gleichwie nun dieſe Lection in dem rechten Repellon in der halben Volta mit dem Galopp gemacht wird/ als kan ſie nach Belieben auch in den halben Volten mit einem Redopp geſchehen / und die gerade Linea einen und den andern Weg mit dem Galopp avancirt werden. vide N. 4.

N°. 5

A b d c g h f e

Quinta lectio eſt Repellon duplicatus, in quo omnia quæ in priori lectione obſervatu digna judicata ſunt, reaſſumenda veniunt: excepto quod Voltæ & verſuræ hîc ſint duplicandæ, juxta literas ſuperiùs conſignatas. Litera A. ſcilicet Voltam auſpicatur dextram

Die fünffte Lection iſt der doppelte Repellon / in dieſer Schul muß nun alles in Obacht genommen werden / gleich wie in der vorigen / auſſer daß die Volten wie auch die Wechslungen müſſen allhier zweyfach gemacht werden / nach obbeſchriebenen Literis, nemlichen lit. A. fängt eine

versus: litera b. versuram instituit sinistram versus: litera c. rursus ad dextram: litera d. ad sinistram directè super lineâ: litera e. sinistram versus: litera f. dextram versus: litera g. sinistram versus: litera h. directè super lineâ dextrorsum versuram instituit. gradus sistatur in medio lineæ. Vid. N. 5.

Volta an auf die rechte Hand / b. wechselt auf die lincke / c. wieder auf die rechte / d. auf die lincke / gerad aus auf der Linea, e. auch auf die lincke / f. auf die rechte / g. auf die lincke / h. gerad aus auf der Linea, auf die rechte / in der Mitte der Linea ist die Parada. Vid. N. 5.

Lectio sexta sunt duo circuli, sive duæ Voltæ minores, juxta se invicem positæ, quæ etiam juxta se invicem perfici, quælibet æquali rotunditate & ad figuram octonarij 8. debet variari. Si nempe eques lit. a. bis dextram versus equum verteret, tunc lit. b. variat sinistram versus, ibidemque itidem bis reflectit; deinde denuò dextram versus variat, idque pro qualitate virium & anhelitus Caballi aliquoties repetit: ne quid nimis enim etiam hîc tutissima regula est.

Die sechste Lection sind zwey Ring oder zwey kleine Volten neben einander / solche müssen neben einander gemacht werden / jede Volta in einer Runde / und wie ein 8. gewechselt werden / nemlich wann der Reuter lit. a. zweymal auf die rechte Hand gewendet hat / so wechselt er hernach lit. b. auf die lincke / und wendet da auch zweymal herum / alsdann wieder auf die rechte Hand gewechselt / und solches etlichmal / nach dem deß Pferds Vermögen ist / und es den Athem leidet / dann nicht zu viel / ist das allerbeste Mittel.

Oportet autem Tyronem exactam habere exterioris partis femoris experientiam in hâc lectione, ut ubi opus fuerit, eandem applicet, sinistra autem mensuram suppeditet, equumque habenis aliquantisper coerceat, qua ratione suffraginibus incubabit, nec furioso impetu, ad Galoppum animum applicabit. Parada super linea perficiatur. Vid. Num. 6.

Es muß aber der Scholar im Wenden in dieser Lection / seinen äussersten Schenckel wol wissen / so es vonnöthen / anzulegen / mit dem innwendigen das Tempo zu geben / und das Pferd in etwas mit dem Zaum zu verhalten / so wird es sich setzen / und den Galopp fein sittsam ohne Furi nehmen / die Parada ist auf der Linea. Siehe N. 6.

Septima lectio hæc est: si tres Voltæ minores magnitudine iis quæ in præcedente lectione adumbratæ sunt, respondentes, ad invicem positæ, conficiantur, quæ lectio cognominatur trifolium, incipitque dextram versus; secunda Volta sinistram versus variat: tertia verò rursus dextram versus; à qua postea rursus versus primam aut secundam dextrorsum versura pro lubitu institui potest.

Quin etiam in hâc lectione quælibet Volta bis repetenda, & varianda venit. vid. N. 7.

Die siebende Lection ist / wann man drey kleine Volten / in der Grösse deren / so in vorhergehender Lection beschrieben werden / neben einander machet / welches man ein Kleeblat machen heisset; Diese Lection fängt nun auf die rechte an / die andere Volta wechselt auf die lincke / und dañ die dritte Volta wieder rechts / man kan hernach von der dritten wieder auf die ersten oder ander lincks wenden / wie man will / und solle auch hierinnen jede Volta zweymal gemacht und gewechselt werden.

Die Hülffe hierinn ist in vorhergehender Lection schon beschrieben / die Parada ist mit N. 2. bezeichnet. Sihe N. 7.

Octava lectio prælonga, sive per planum porrecta aut protracta dicitur, potestque sequentem in modum perfici. Primò mediocris Volta dextram versus bina vice absolvitur, ut videre est lit. a. tertia vice variatio fit ad

Die achte Lection / ist die lange Schul / welche auf nachfolgende Weise muß gemacht werden: Erstlich machet man eine mittelmässige Volta auf die rechte Hand zweymal herum / wie lit. a. zu sehen / das drittemal wechselt man mit b. auf die lincke Hand

literam b. directè sinistram versus. Quando autem super linea eques progreditur, & ad Voltam alteram litera c. consignatam pervenit, Volta bina vice sinistram versus vertitur, tertiâ autem vice ad literam d. variatio dextram versus denuò instituitur, quod quidem pro caballi facultate continuari potest.

In hac lectione oportet observari singula, quæ in præcedenti lectione de versuris & variationibus tradita sunt. Parada ei quæ in Repellone fieri consuevit respondet. Vid. N. 8.

Hand gerad durch / wann man nun auf der Linea fort passirt / und zur andern Volta lit. c. kommt / wendet man 2mal die Volta auf die lincke Hand / und das drittemal mit lit. d. wechselt man wieder auf die rechte Hand durch / solches kan man nun continuiren / nach deme man sihet / daß deß Pferds Vermögen ist.

In dieser Lection muß man alles in Acht nehmen / was in vorhergehender Lection bey den Wendungen und Wechslungen ist gedacht worden. Die Parada ist wie im Repellon. Sihe N. 8.

N° 9

a b e d

parada

Lectio nona lectio est verè duplicata, quæ meritò militaris vocari potest: cùm in hac lectione eques quater dextrorsum, & bis saltim sinistrorsum equum reflectat; quoties insuper super linea progreditur, dextrorsum istud fieri oportet: nempe lit. a. dextrorsum: lit. b. sinistrorsum: lit. c. directè dextrorsum: lit. d. denuò dextrorsum: lit. e. sinistrorsum: & lit. f. denuò dextrorsum.

Notandum autem est, equiti incumbere hac in lectione, adminiculum illud habenarum & femorum probè observare, quod in lectione Repellonis, & lectione duorum circulorum annotatum est. Parada incidit super lineam. Vid. N. 9.

Die neundte Lection ist die rechte doppelte Schul / sintemal diese eine rechte Soldaten-Schul kan genennet werden / Ursachen in dieser Lection der Reuter sein Pferd viermaln auf die rechte Hand / und nur zweymaln auf die lincke wendet / über diß so offt er auf der Linea avanciret / solches auf die rechte Hand geschehen muß / nemlichen a. auf die rechte / b. auf die lincke / c. gerad auf die rechte / d. wieder auf die rechte / e. auf die lincke / und f. wieder auf die rechte Hand.

Es ist aber zu mercken / daß in dieser Schul der Reuter wol die Hülffe mit dem Zaum und Schenckel in Acht nehme / welche in der Schul beym Repellon und in der Lection der zwey Ring in Acht zu nehmen sind / die Parada ist mitten auf der Linea. Vid. N. 9.

N° 10

b a d c e f

parada parada

Hæc lectio per planum porrecta, est trium Voltarum, in utraque scilicet extremitate lineæ, & in ipso medio. Absolvitur autem eadem hunc in modum. Primò versura fit dextram versus, sicut ex collatione lit. a. patescit. Volta autem semel absolutâ (quælibet enim semel duntaxat est conficienda) versura fit per lit. b. lævam versus, in mediam Voltam literâ c. adumbratam: Finita autem Variatione, versura lit. b. denuò dextram versus in Voltam tertiam ingreditur, lit. e. consignatam, hacque etiam semel absolutâ, versura ad literam f. lævam versus in mediam Voltam dirigitur: & ita consequenter rursus retrorsum. Licetque hanc lectionem ad equi capacitatem vel extendere vel abbreviare.

Diese Lection ist eine lange Schul mit drey Volten / nemlich an beyden Enden der Linea, und dann in der Mitten; solche wird nun auf nachfolgende Manier gemacht. Erstlich wendet man auf die rechte Hand / wie lit. a. solches ausweiset / und wann man einmal in der Volta herum ist (dann jede Volta nur einmal soll gemacht werden) wendet lit. b. durch auf die lincke Hand in die mittlere Volta lit. c. dann auf den Wechsel mit lit. d. wieder auf die rechte Hand in die dritte Volta lit. e. und wann man in dieser Volta auch einmal herum ist / wieder mit lit. f. in die mittlere Volte auf die lincke Hand / und so fortan wieder zuruck / und kan man diese Schul nach deß Pferds Vermögen lang oder kurtz machen.

Lectio hæc mirum in modum Tyronem attentum reddit ad pugni & versurarum observantiam: in quibus eadem adminicula, quæ in lectione octava annotavimus, admovenda sunt. Parada hujus lectionis in rectam lineam incidit. Vid. N. 10,

Diese Schul lehret einen Scholaren trefflich wol auf die Wechslungen und die Faust Achtung geben/und soll man hierinnen sich der Hülffen in der 8. Lection gebrauchen/ die Parada ist hier in dieser Schul auf der geraden Linea. Siehe N. 10.

Undecima lectio per planum porrecta, in medio tribus voltis constat; estque difficilis admodum, equumque & robore & anhelitu vegetum validumque requirit.

Volta prima lit. a. versuram facit dextram versus: lit. b. versuram dextram versus, usque in voltam c. traducit: qua semel absoluta litera d. variationem per voltam in sinistram, in lit. a. transfert, quæ itidem sinistrorsum semel finienda, & ad lit. e. dextrorsum & quidem antrorsum super linea in Voltam ad lit. f. & ex volta sinistrorsum varianda in voltam lit. g. indigitatam: Ab hinc in voltam mediam lit. h. dextram versus, & exinde super lineam instituenda variatio.

In hac itidem lectione & equi anhelitus, & virium facultas attendenda sunt: conducitque hæc lectio, ad firmandam equitis in equitando tam memoriam quàm judicium. Adminicula in hac lectione adhibenda, ex lectione per planum porrecta & ferè duplicata, petenda sunt. Parada fiat super linea. conf. N. 11.

Die eilffte Lection ist eine lange Schul mitten mit dreyen Volten; Diß ist eine recht schwere Lection/ und muß mit einem Pferd/ welches von guter Stärck und Athem ist/gemacht werden.

Die erste Volta lit. a. wendet auf die rechte Hand/ b. wendet durch bis in die Volta c. auf die rechte/ und wann die einmal herum ist/ wechselt lit. d. durch die Volta auf die lincke in lit. a. hinein/ auf derselben Volta auch einmal lincks herum/ und mit lit. e. rechts fürsich auf der Linea in die Volta mit lit. f. und aus der Volta lincks changirt in die Volta lit. g. und von dar in die mittlere Volta lit. h. rechts herum/ und von dar aus auf die Lineam.

In solcher Lection muß man auch deß Pferds Athem und Vermögen in Acht nehmen/ und wird durch diese Schul deß Reuters Memoria und Judicium im Reiten sehr geschärpffet/ die Hülffen in dieser Schul sind in der Lection von der langen/ und von der rechten doppelten Schul schon vermeldet worden/ die Parada soll auf der Linea seyn. Siehe N. 11.

Duodecimæ lectioni in medio una volta deest, cùm præcedens tres, hæc duas saltim numeret. Ad literam a. dextrorsum & per voltam sinistrorsum versuram ad lit. b. instituat. Pòst à litera b. ad c. dextrorsum: & à litera c. sinistrorsum super linea ad voltam lit. d. progrediatur. Deinde ad literam e. denuò dextrorsum variationem instituat, & in linea gradum sistat. Adminicula præcedentis lectionis omnia adhibeantur. vid. N. 12.

Die zwölffte Lection ist um eine Volta weniger/ als die vorhergehende/ solle lit. a. rechts/ und durch die Volta durch lincks auf lit. b. wenden/dann von lit. b. auf c. rechts/ und von c. lincks auf der Linea auf die Volta lit. d. fort passiren/ dann lit. e. wieder rechts durchwechseln/ und auf der Linea pariren/sind alle Hülffen in vorhergehender Lection zu gebrauchen. Sihe N. 12.

Die

N° 13

parada parada

Lectio decima tertia rursus trium Voltarum lectio est, & quidem super recta linea, in qua litera a. versuram notat dextram versus, litera b. sinistram versus variationem in mediam Voltam, ad literam usque c. Galoppo perficiendam indicat: Verùm ad literam c. universa Volta semel versus dextram Redoppo absolvitur; & variatio ad literam c. modo dictam rursus sinistrorsum super linea in Voltam lit. d. Galoppo dirigitur. Quâ semel absolutâ, variatio rursus ad literam e. dextrorsum in mediam Voltam instituitur. Ad literam f. verò equus semel sinistrorsum Redoppo exercetur, & ad literam f. modò dictam Galoppo denuò super linea dextram versus in primam Voltam processus instituitur, ex qua sinistrorsum in tertiam Voltam, ab hinc verò denuò dextrorsum super lineam versura fit, tunc gradus sistitur.

Lectio hæc pugnum & adminicula tyronis mirum in modum examinat, & secundum facultatem equi prolongari potest. Galoppi insuper & Redoppi adminicula hîc necessaria sunt. Parada super lineam rectam incidit. vid. N. 13.

Die dreyzehende Lection ist wieder eine Lection mit dreyen Volten auf gerader Linea, in der me lit. a. auf die rechte Hand wendet / b. wechselt auf die lincke in die mittlere Volta bis lit. c. im Galopp fort / aber bey lit. c. redoppirt man die gantze Volta rechts einmal herum / und wechselt bey gedachtem lit. c. wieder lincks im Galopp auf der Linea fort in die Volta lit. d. und wann die einmal herum ist / wieder bey lit. e. rechts durch in die mittlere Volta hinein / und bey lit. f. einmal lincks herum redoppirt / und bey gedachtem lit. f. wieder in Galopp auf der Linea auf die rechte Hand fort passirt in die erste Volta hinein / und lincks aus in die dritte Volta, von dar wieder rechts auf die Lineam gewendet / und parirt.

Diß ist eine Lection / welche einem Scholaren rechtschaffen seine Faust und Hülffen examinirt. Man kan sie so lang machen / als deß Pferds Vermögen es leiden will / in dieser Schul solle man sich der Hülffen deß Galopps und Redopps gebrauchen. Die Parada solle auf gerader Linea geschehen, Vid. N. 13.

N° 14

A D C B

Decima quarta lectio egregia est, Redoppo incipiens ad literam A. dextram versus, cum Volta dimidiata progreditur Galoppo sinistrorsum super recta linea: Voltam dimidiatam litera B. Redoppo itidem dextrorsum emetitur, variationemque Galoppo etiam sinistrorsum ad literam usque C. instituit. Deinde Redoppo Voltâ dimidiatâ litera D. itidem sinistrorsum Redoppo emetitur: postea super linea recta denuò dextram versus hæc lectio progreditur, & ita consequenter, prout equi facultatem eques exploraverit.

Hæc lectio est admodum subdola, cùm in duabus Voltis dimidiatis equus contrariis versuris bis mo[v]etur: id quod exercitatam

Die vierzehende Lection ist eine schöne Lection / fängt nemlich im Redopp mit lit. A. auf die rechte Hand mit einer halben Volten an / passirt lincks fort im Galopp auf der geraden Linea durch / redoppirt die halbe Volte lit. B. auch rechts / und wechselt also in Galopp auch lincks fort bis lit. C. alsdann redoppirt man die halbe Volte lincks / passirt auf der geraden Linea rechts fort / und redoppirt die Volte lit. D. auch lincks / dann passirt man auf der geraden Linea wieder auf die rechte Hand / und so fortan / nach dem der Reuter deß Pferds Vermögen erkennet.

Diß ist eine betrogene Schul / dann zweymal das Pferd in denen zwey halben Volten contra gewendet wird / welches eine erfahrne Faust deß

equitis manum, obedientiamq; equi omnibus numeris absolutam requirit. Adminicula in hac lectione tam Redoppi quàm Galoppi recurrunt. Vid. N. 14.

Reuters/und einen perfecten Gehorsam deß Pferds erfordert/ die Hülffe hierinnen sind beede deß Redopps und Galopps zu gebrauchen. Sihe N. 14.

N° 15.

a b c d e f

parada

Lectio decima quinta examen vocari potest perfecti Redoppi, Galoppi, & pugni, nec non equi roboris. Litera a. enim dextrorsum: litera b. sinistrorsum Redoppo viam aperit. Litera c. Galoppo super linea recta dextram versus usque ad literam d. procedit: deinde Redoppus denuò fit dextram versus: litera e. sinistram versus. Ad literam f. Galoppus rursus super linea recta dextram versus, usque ad literam a. instituitur. Deinde lectio ab initio repetitur, quantum equi indulget anhelitus.

Potest autem lectio pro lubitu etiam absque Redoppo, solo Galoppo exhiberi: id quod & equum & equitem sublevat. Primus tamen modus ad majorem perfectionem equitem perducit, docetq; in monomachia equestri Adversario repentè à tergo sinistrum latus versus, posteriora Equi adoriri, cùm omnis in eo propulsio dextram versus fiat. Adminicula præcedentis lectionis hic omninò repetenda. Gradus sistatur super linea recta.

Die fünffzehende Lection ist wieder ein Examen deß völligen Redopps, deß Galopps, und der Faust/ wie auch der Stärcke deß Pferds/ dann lit. a. redoppirt rechts/ b. auf die lincke/ c. galoppirt auf der geraden Linea auf die rechte Hand fort bis lit. d. dann redoppirt wieder rechts/e. lincks/f. galopprt wieder auf der geraden Linea rechts fort bis a. alsdann die Schul von Anfang gemacht/ so viel deß Pferds Athem oder Vermögen zulässet.

Die Volta dieser Lection muß etwas weiters / als die in Courvetten seyn. Besiehe Num. LI. LII.

Cap. XXXIII.

Quomodo Tyro Groupadarum exercitio in Volta obliquè exhibendo, sit imbuendus, crepidine equi columnam versus reflexa.

IN hac lectione omnia adminicula, quorum cap. 23. de Courvettis mentio facta est, adhibenda sunt: excepto quod in hac lectione tam pugni mensura, quam femorum adminiculum tardius applicari debeant. Parada itidem eodem in loco fiat, sicuti capite modo allegato de Courvettis, dictum est. vid. N. LIII. LIV.

Das XXXIII. Capitel.

Wie man den Scholarn die Groupaden in der Volta auf die Seiten / die Grouppe gegen dem Pilier gewandt solle machen lehren.

IN dieser Lection muß man sich aller deren Hülffen / welche in dem 23. Capitel von den Courvetten auf die Seiten / beschrieben sind/ gebrauchen / ausser daß in dieser Schul das Tempo sowoln mit der Faust/ als auch die Hülffe mit den Schenckeln langsamer müssen geführet werden/ die Parada ist auch/ wie in oben bemeldtem Capitel von den Courvetten gesagt worden / an denselbigen Ort zu machen. Besiehe N. LIII. LIV.

Cap. XXXIV.

Quomodo Tyroni notitia Groupadas oblique exhibendi, capite versus columnam verso, sit inserenda.

IN hac lectione omnia quidem adminicula, quorum in capite antecedente mentio facta est, adhibenda sunt: posterioris tamen equi partis posituram, capitis pugnique versuram quantum concernit, adminicula capitis 26. non negligenda sunt. vid. Num. LV. LVI.

Das XXXIV. Capitel.

Wie man den Scholaren die Groupaden auf die Seiten den Kopff gegen dem Pilier gewandt zu machen / unterrichten solle.

MAn solle sich in dieser Lection zwar aller Hülffe wie im vorhergehendem Capitel schon vermeldet worden/ gebrauchen / doch mit Haltung der Grouppe, Haltung deß Kopffs und Wendung der Faust/ die Hülffe im 26. Capitel wol dabey beobachten. Besiehe N. LV. LVI.

Cap. XXXV.

Quomodo Tyroni modus Groupadarum exercitium retrorsum exhibendi, proponi debeat.

PRimùm super recta linea ad methodum lectionis de Courvettis pedetentim ultro citroque commeando equum tyro exerceat; post, si equus sit levatus à tergo mensuram ad clunes virgâ præbeat; pugno verò mensuram è contrario exasse reddat, qua ratione mensuris omnibus ordine sibi invicem subcisivis equitis voluntati, pugnoque morem geret.

In hac lectione equo nullum planè cum femoribus adminiculum tyro præbeat, sed immotè eadem protendat, corpus autem

Das XXXV. Capitel.

Wie man den Scholaren die Groupada solle hindersich machen lehren.

DEr Scholar solle das Pferd erstlich auf einer geraden Linea, gleich in der Lection von den Courvetten beschehen / Fuß für Fuß auf und ab spacissiren / dann so das Pferd in der Höhe ist / dem Pferd das Tempo hinden mit der Spitzruten auf die Grouppe geben / und mit der Faust das Contra-tempo wol machen/so wird sich das Pferd tempo in tempo nach deß Reuters Willen und Faust reguliren.

In dieser Schul muß der Scholar dem Pferd mit den Schenckel gar keine Hülffe geben / sondern dieselbe still und fürsich / den Leib aber gerad halten/ man

erectum gerat; pugno modò aliquantiſper remiſſo, modò rurſus attracto.

Hæc lectio tantum ſuper lineam fieri poteſt: In Volta verò nullus ejusdem uſus eſt, niſi præſentiſſimum periculum petulanter ſubire præſumas. vid. N. LVII. LVIII.

Cap. XXXVI.

De Paſſu è Saltu.

TYroni equo inſidenti Lectionem Paſſus è ſaltu communicaturus, tam intra columnam ſuper lineâ rectâ, quàm circa columnam (obliquè enim & retrorſum non quadrat hæc lectio, quanquam obliquè eandem fieri alicubi obſervaverim) hanc lectionem quæ ſupra terram omnium facillima eſt, ante omnes reliquas in ſublimi, poſt Groupadas primo loco monſtret; cùm in hac lectione & eques & equus abſolutâ Capriola in ſectionibus vires recolligere & reſpirare poſſit.

Quapropter in hac lectione equus rectâ progrediatur, non ab unâ alteram verſus manum rapiatur, pugno equitis immoto: & quamprimum calcitratio facta eſt, pugnum remittat. Poſtquam verò decenti ſtaturæ equus reſtitutus & calcitraturus eſt, femora protendat: adminiculis aut virgâ aut ſtimulo minore ſuppeditatis.

Informator verò pedeſter menſuræ virgâ aut ſtimulo ſuppeditandæ memor eſto. Paradam abſolutam ſequatur biga Courvettarum, poppyſmateque finito tyro deſcendat.

In omnibus lectionibus quæ in ſublimi fiunt, pedeſter domitor præbeat adminicula, poteſtate præbendi adminicula tyroni non prius conceſsâ, antequam immota ſeſſione & pugno non: vacillante excellat: Deinde demum monſtrare ipſi licet, quomodo aut minore ſtimulo, aut virga adminiculum equo ſit adhibendum.

Quia verò ſchema paſſus è ſaltu ad vivum æri incidi, oculisque repræſentari non poteſt, cùm abſolutam Courvettarum bigam ſemper Capriola excipiat, hinc ſchema paſſum è ſaltu repræſentaturum, capiti ſequenti de Capriolis incluſum eſt. vid. N. LIX. LX. LXI. LXII. LXIII. LXIV.

man muß aber wol Achtung geben / daß nach dem das Pferd hinden grouppirt hat/die Fauſt alsbald in etwas nachgelaſſen / und doch bald wider angezogen werde.

Dieſe Lection kan nur auf der Linea gemacht werden / dann in der Volta ſie nicht zu gebrauchen / man wolle dann muthwillig Gefahr haben. Beſiche N. LVII. LVIII.

Das XXXVI. Capitel.

Von dem Paſs e ſalto.

WAnn man den Scholaren Paſs e ſalto auf dem Pferd zu machen unterrichten will / ſowol erſtlich zwiſchen den Piliern auf gerader Linea und um den Pilier, auf die Seiten und hinderſich ſtehets nicht / wiewol ichs auf die Seiten auch machen ſehen / aber hinderſich iſts unmüglich / ſoll man den Scholaren / weil es die leichteſte Schul über der Erden unter allen iſt / ſolche für allen andern Schulen par haut nach den Groupaden zum erſten weiſen / dann in dieſer Schulen Roß und Mann / wann nemlich die Capriola gemacht iſt / in den Sätzen ſich wieder erholen und reſpiriren können.

Solle derowegen der Reuter in dieſer Lection das Pferd gerad gehen laſſen / nicht hin- und wieder reiſſen / ſeine Fauſt ſtet führen / mit derſelben / ſo bald der Streich geſchehen iſt / dem Pferd wieder Lufft laſſen / und wann ſichs wieder gefaſſt hat / und ſtreichen will / die Hand etwas demſelben verhalten / und ſeinen Leib gerad gegen dem Streich halten / die Schenckel herfür thun / dem Pferd die Hülffe mit der Spitzruten oder dem kleinen Stachel geben / aber der zu Fuß ſolle ſein Tempo mit Gebung der Hülffe deß Stachels oder Spitzruten wol in Acht nehmen.

Auf die Parada ſolle der Scholar allemal das Pferd ein paar Courvetten machen laſſen / und dann nach Chareſſirung deſſelben abſitzen.

Bey allen Schulen par haut ſolle man zu Fuß helffen / und den Scholaren keine Hülffe thun laſſen / bis er vorhin veſt ſitzet / und eine ſtete Fauſt hat / hernach kan man ihme weiſen / wie er ſolle die Hülffe dem Pferd mit dem kleinen Stachel oder Spitzruten geben.

Dieweiln aber der Paſs e ſalto ſo eigenlich nicht kan ins Kupffer gebracht werden / in deme nach Vollendung zweyen Courvetten / allezeit eine Capriola folgt / ſo wird die Figur welche den Paſs e ſalto andeuten ſolle im nachfolgenden Capitel bey der Capriola angedeutet N. LIX. LX. LXI. LXII LXIII. LXIV.

Cap. XXXVII.

De Capriolis.

OStensurus Tyroni Capriolarum Exercitium, ab initio etiam illud fiat in eodem vestigio, intra columnas, pôst super lineâ recta, porrò circa columnam, in voltâ obliquè; ut & super linea recta retrorsum: quæ quidem postrema lectio æquè rara ac periculosa est: qua propter in hac lectione pugnum tyro decenter dirigat, siquidem in ea mensuram mensura excipiat. Si Equus ab anteriori parte in sublime sese efferat, pugnus attrahatur, & calcitratione peracta, pugnus illicò remittatur: corpus geratur erectum, & calcitrationi firmiter opponatur, femora protendantur; Equoque maturè minore stimulo aut virga adminiculum suppeditetur, quo modo egregium Capriolarum spectaculum exhibebitur.

Tyroni autem ab initio minori stimulo aut virga adminiculum præbere fas non sit, priusquam etiam in hâc lectione ad perfectionem sit perductus, sed pedester informator opportuno tempore equo succurrat, tyro verò manum gerat pendentem; si enim in hâc lectione habenas nimis attraheret, aut in sublime sese efferret, aut omissa calcitratione immotus equus subsisteret. Econtra si nimium habenas laxaret tyro, præpete concitatoque cursu erumperet caballus, ab anteriori autem parte attarum more plantas à terrâ non sublevaret, sed attereret magis terram, quam ambularet; à posteriori verò saltim calcitraret, proinde mensura pugno præbenda, solicitè hîc observanda est, exempli gratia: N. LIX. LX. Capriola intra columnas, N. LXI. LXII. Capriola super linea recta. N. LXIII. LXIV. Capriola circa columnam. N. LXV. LXIV. Capriola circa columnam obliquè exercenda. N. LXVII. LXVIII. Capriola super linea recta retrorsum, excolenda.

Das XXXVII. Capitel.

Von den Capriolen.

WAnn man den Scholarn die Capriola zu machen lernen will / solle solches auch erstlich ferme à ferme zwischen den Piliern geschehen / hernach auf gerader Linea, förders um den Pilier, auf die Seiten in der Volta, wie auch hinter sich auf gerader Linea, welche letztere Lection zwar auch so rar als gefährlich ist / solle derowegen der Scholar in dieser Lection die Faust wol regieren / denn diese Schul tempo à tempo gehen muß / gehet das Pferd vornen übersich in die Höhe / solle man die Faust verhalten / und so bald der Streich geschehen / dem Pferd wieder mit der Faust Lufft lassen / den Leib gerad führen / und steiff gegen den Streich halten / die Schenckel hervor thun / und mit dem kleinen Stachel oder der Spitzruten dem Pferd beyzeiten helffen / so wird das Pferd die Capriola lustig machen.

Man solle aber Anfangs den Scholaren dem Pferd keine Hülffe mit dem kleinen Stachel oder Spitzruten thun lassen / bis er vorhero in dieser Lection auch informirt ist / sondern einer zu Fuß solle dem Pferd zu rechter Zeit helffen / und der Scholar seine Hand schwebend führen / sintemal wann der Scholar in dieser Lection das Pferd gar zu vest verhielte / würde es sich bäumen / oder gar stillstehen und nicht schlagen; Und hergegen / so er dem Pferd den Zaum zu viel schiessen liesse / wird es darvon eilen / vornen nicht aus dem Boden kommen / und nur hinden streichen / derowegen das Tempo mit der Faust hierinnen wol muß in Acht genommen werden. Als N. LIX. LX. zwischen den Piliern die Capriola. N. LXI. LXII. die Capriola auf gerader Linea. N. LXIII. LXIV. die Capriola um den Pilier. N. LXV. LXVI. die Capriola um den Pilier auf die Seiten. N. LXVII. LXVIII. die Capriola auf gerader Linea zuruck.

Cap. XXXVIII.

Quomodo Tyroni instillandum exercitium Ballotadas intra & circa columnam super linea recta, in Volta oblique, in Volta itidem antrorsum, & super linea recta, exhibendi.

IN hac lectione non solum immotus tyro equo insideat, sed & pugni mensuram in attrahendis & laxandis habenis cum curâ & solicitudine observet, manum paulò magis quam in antecedentibus lectionibus factum, attrahat, corpus erectum gerat, & pro conditione crepidinis, equo adminiculum virgâ opportuno tempore crepidini infligat,

Das XXXVIII. Capitel.

Wie man den Scholaren die Ballotaden zwischen und um den Pilier, auf gerader Linea, auf die Seiten in der Volta, auch für sich in der Volta, und auf gerader Linea, zu machen lehren solle.

IN dieser Lection solle der Scholar nicht allein vest sitzen / sondern auch das Tempo mit der Faust in Gebung und Nehmung deß Zaums in Acht nehmen / die Hand etwas verhaltener / als in vorgehenden Schulen führen / den Leib gerad halten / und nach Empfindung der Grouppe dem Pferd die Hülffe mit der Spitzruten zu rechter Zeit auf die Grouppe geben / auch wol Acht haben /

anxieque attendat, ut omnia adminiculorum genera in lectionibus præcedentib⁹ obvia, & peculiaribus suis capitibus inserta benè applicet: excepto quod omnia tardiùs sint adhibenda. Hæc lectio omnium est periculosissima, si quidem equus omnibus quatuor suis pedibus simul in altum sese attollat, ac rursus decidat, denuoque universis suis quatuor pedibus se levet, instar pilæ in sphæristerio reticulo expulsæ, unde etiam nomen sortita est hæc lectio. Vid. N. LXIX. LXX. Ballotadam intra columnas. N. LXXI. LXXII. Ballotadam super linea. N. LXXIII. LXXIV. Ballotadam circa columnam. N. LXXV. LXXVI. Ballotadam circa columnam obliquè, capite adversus columnam verso. N. LXXVII. LXXVIII. Ballotadam oblique, clunibus equi columnam versus reflexis, exhibendam.

Tandem ut finem Lectionibus imponam, postquam omnes lectiones, quæ tam ad terram, quàm supra terram fieri solent, in ephippio concavo sive voraginoso absolverit, easdem subsidio ephippij communis, tandem anglicanæ inventionis strato insidens, repetat: quo modo optimâ, perfectissimamq; immotè sedendi rationem sibi parabit, semperq; in stapedibus versatilibus equitet: quin imò si equestre iter suscipiat, huic modo assuescat, & in ipso eventu deprehendet, quantam in decora & immota sessione operationem habeant stapedes πολύτροποι, si aliquando communibus usurus est stapedibus, tunc enim instar muri, ut Germani nostri loquuntur, immotus sedebit, quod nisi expertus nemo crediderit.

Puero tamen Principi nunquam ephippium ANGLICANÆ inventionis, insidendi potestas indulgenda est, nisi id expresso mandato equisoni sit injunctum, sicuti supra quoque monuimus.

Et hæc quidem de modo Tyroni equitandi artificium proponendi, compendiosè quidem, sed quàm fidelissimè dixisse sufficiat.

Sequuntur quædam equestria Exercitia coronidis loco, Nobili in Hippodromo imprimis proponenda.

ben / daß er alle Hülffe / so in vorhergehender Schul / in ihren absonderlichen Capiteln beschrieben / worden / wol gebrauche / ausser daß sie alle langsamer müssen gemacht werden. Diese Lection ist die gefährlichste unter allen Lectionen / sintemal ein Pferd mit allen Vieren sich erhebt / dann wieder niederprellet / und wieder mit allen Vieren in die Lufft kommet / gleich einem geworffenen Ball / davon es auch den Namen hat. Besiehe N. LXIX. LXX. die Ballotaden zwischen den Piliern. N. LXXI. LXXII. Ballotaden auf der Linea. N. LXXIII. LXXIV. die Ballotaden um den Pilier. N. LXV. LXVI. die Ballotaden um den Pilier auf die Seiten den Kopff gegen dem Pilier haltend. N. LXXVII. LXXVIII. die Ballotaden auf die Seiten die Grouppe gegen dem Pilier haltend.

Und solle hiermit zum Beschluß der Lectionen / der Scholar, wann er alle seine Schulen / so wol über als bey der Erden / in einem tieffen Tummel-Sattel gemacht hat / hernach dieselbe auf einem gemeinen Klepper-Sattel / und nach diesem gar auf einem Englischen Sattel / machen lernen / so wird er die beste und perfectionirteste Vestsitzung dardurch erlangen / und solle er auch allemal in Schweif-Bügeln reiten / auch solches im Reiten über Land sich angewehnen / so wird er finden / was die Schweif-Bügel im vest- und zierlich sitzen zu Pferd für eine Operation haben / wann er hernach in den Ordinari-Bügeln reiten wird / da er gewißlich für andern so vest als ein Mauer / wie man zu sagen pfleget / zu Pferd sitzen wird / dann keiner solches glauben kan / als welcher es erfahren hat.

Jedoch solle man einen grossen Herrn niemaln auf einen Englischen Sattel setzen / es wäre dann / wie vornen erwehnt worden / ausdrücklich befohlen.

Und diß wäre nun / aufs allerkürtzeste / wie man einen Scholaren im Reiten auf das treulichste unterweisen solle.

Folgen hiemit etliche Adeliche Exercitia, welche für allen Dingen auf einer Reit-Schul einem Cavalier sollen gewiesen werden.

CAP. XXXIX.

De Trajectione hastâ Annuli.

HOc Exercitium meritò equestre audit, multis abhinc seculis Personis illustribus ac equestribus familiare, & maximo in pretio habitum; quod etiam nemini ex equestri sanguine prognato, negligendum duco: Illius autem Exercitatio talis est. Primùm Annulus in suas partes distinguitur,

Das XXXIX. Capitel.

Vom Ring-Rennen.

DJß ist ein rechtes Ritterliches Exercitium, welches von vielen Jahren her bey hohen Stands- und Rittermässigen Personen ist gebraucht / und in hohem Werth gehalten worden / welches auch billich ein jeder Cavalier, so das Reiten nur ein wenig gelernet / nicht hindan setzen solle; Solches wird nun auf nachfolgende

Weiß

uti ex subjecto schemate, numeris carente, videre licet.

A. *Hic Annulus cum arundine sequentia obtinet merita.*

Dextrorsum inferiùs, dimidium meritum obtinet.
Sinistrorsum inferiùs, meritum integrum obtinet.
Superiùs, duo merita.
In medio, tria merita.

B. *Discus hic sequentia merita obtinet:*

Dextrorsum inferiùs, dimidium reportat meritum.
Sinistrorsum inferiùs, meritum totum meretur.
Dextrorsum superiùs, meritum unum cum dimidio.
Sinistrorsum superiùs, duo merita.
In medio, tria merita.

C. D. *Hi Annuli magnitudine quidem discrepantes, æqualia tamen merita reportant.*

Weis exerciret / und erstlich der Ring ausgetheilet / wie allhier zu sehen / an beyligendem Kupfferblat/so nicht numerirt ist.

A. Dieser Ring mit dem Rohr hat nachfolgende Treffen.

Rechts unten macht man ein halbes Treffen.
Lincks unten ein gantzes Treffen.
Oben zwey Treffen.
In der Mitte drey Treffen.

B. Dieser Ring hat nachfolgende Treffen:

Rechts unten ein halb Treffen.
Lincks unten ein Treffen.
Rechts oben anderthalb Treffen.
Lincks oben zwey Treffen.
In der Mitten drey Treffen.

C. D. Diese beyde Ring haben ein Treffen/ und ist einer grösser als der andere.

Cap. XL.

Errores à Persona equestris ordinis inter trajectionem disci commissi, meritisq; eandem privantes, sunt sequentes.

1. SI cuidam equo effuso cursu currente, alius acclamaverit, aut cum eo colloquutus fuerit, tam iste qui acclamaverat, aut collocutus fuerat, quàm ille qui responderat, omnia merita amiserunt.

2. Quicunque intra cursum equi, quicquam ex vestimentis aut armatura: verbi gratia: pileum, plumas pileo impositas, chirothecas, gladium, tormenta manuaria, frameam, aut ex equestri supellectili, amiserit; merito quod ex isto cursu (si Annulum ipso actu trajecisset) speraverat, excidit.

3. Qui lanceam è manibus sibi excidere pateretur, omnium præcedentium meritorum jacturam fecisse censendus est.

4. Quicunque lancea funiculum aut truncum, ex quo Annulus dependet, supergressus fuerit, omnium priorum meritorum expers erit.

5. Quicunque intra cursum equi, lanceâ discum pungit, is quamvis trajecerit, meritum illius cursus amisit.

6. Quicunque intra cursum lanceam infra Annulum nimis demittit, postea rursus elevat, discumque trajectum aufert, meritum illius cursus amisit.

7. Quicunque lanceæ elevationem planè neglexerit, quanquam Annulum feriat, merito illius cursus excidit.

Das XL. Capitel.

Die Fehler/welche/so sie in dem Ring-Rennen von einem Cavalier begangen werden/ ihme seine Treffen vernichten.

1. WAnn einer rennet / und ihme der andere im Rennen zuschreyet oder mit ihme redet / so hat dieser der zugeschryen / geredet oder geantwortet hat/ seine Treffen alle verloren.

2. Welcher im Rennen etwas von seiner Kleidung oder Rüstung / als Hut / Federn / Handschuh / Degen / Pistol / Chavelin, wie auch von deß Pferds Zugehör / verlieret / der hat dieselbe Cariera, so er treffen solte / verloren.

3. Welcher die Lantzen fallen läst / hat seine vorige Treffen alle verloren.

4. Welcher mit der Lantzen über die Schnur oder Stock woran der Ring hängt / kommt / der hat seine vorige Treffen alle verloren.

5. Welcher in wärender Cariera mit der Lantzen nach dem Ring sticht / der hat / ob er schon getroffen/dieselbe Cariera verloren.

6. Wann er in der Cariera die Lantzen zu tieff unter dem Ring sencket / hernach wieder übersich kommt/und den Ring hinweg nimt/ der hat dieselbe Cariera verloren.

7. Wann er gar kein Levada machet / hat er dieselbe Cariera, ob er schon trifft / verloren.

8. Quicunque Magnatem aut Gynæcei incolas equo prætervolat, neglectis omissisque reverentiæ gestibus lanceâ exhibendis, quamvis Annulum feriat, merito illius cursus excidit.

8. Welcher im Vorbeyreiten für einem grossen Herrn oder dem Frauenzimmer die Reverenz mit der Lanzen vergisst / und dieselbe nicht machet / der hat dieselbe Cariera, ob er schon trifft / verloren.

9. Quicunque in certamine, cui intersunt illustres Personæ, lanceam vibrat, quamvis Annulum feriat, præmii capax non est.

9. Welcher in einem Rennen / wo grosse Herren mit rennen / die Lantze wirfft / der hat / ob er schon trifft / sein Treffen verloren.

10. Quicunque aliam lanceam, quam quæ à designatoribus Certaminis illi oblata erat, arripuerit, omnium meritorum jacturam patiatur.

10. Welcher ein andere Lantzen nimt / als die ihme von den Judicirern præsentirt worden / der hat seine Treffen alle verloren.

11. Quicunque Equum minus elegantis staturæ, exempli gratia, viatorium saltim depressum, in medium produxerit, amissorum meritorum pœna plectitor.

11. Welcher kein recht gewachsenes Pferd / sondern nur einen niedern Klepper nimt / hat seine Treffen alle verloren.

12. Quicunque equum non ab initio statim ad cursum præpetem concitat, sed Annulo proximus Galoppo demum utitur, meritis suis excidit.

12. Welcher seinem Pferd kein rechte Cariera gibt / sondern wann er nahe beym Ring ist / dasselbe galoppiren läst / derselbe hat sein Treffen verloren.

13. Quicunque si Annulum trajecerit, eundem certaminis arbitris non obtulerit, merito illius cursus privetur.

13. Welcher / so er getroffen / den Ring nicht für die Judicirer bringt / derselbe hat sein Treffen verloren.

14. Quicunque in ipsa actione, dum ad Annulum properat aut revertitur, caput denudat, merito careat.

14. Welcher in der Action den Hut für einen abziehet / in deme er von oder zum Ring ziehet / der hat sein Treffen verloren.

15. Quicunque pede stapede exciderit, meriti expers judicator.

15. Welcher mit dem Fuß aus dem Bügel kommt / hat sein Treffen verloren.

16. Quicunque in certamine trajectionis capitis, lanceam, frameam, ensem, aut tormentum manuarium manu sibi excidere patitur, omnia præcedentia merita amisit.

16. Welcher im Kopff-rennen / die Lantzen / Javelin, Degen oder Pistol / aus der Hand fallen läst / der hat alle seine vorige Treffen verloren.

17. Quicunque cursu durante caput inclinaverit, præmio excidit.

17. Welcher im Rennen sich mit dem Kopff bucket / der hat sein Treffen verloren.

18. Quicunque cursu absoluto dextrorsum equum non reflexerit, merito excidit.

18. Welcher nach vollbrachter Cariera nicht auf die rechte Hand sein Pferd wendet / hat sein Treffen verloren.

Cap. XLI.

Armaturam Candidati Certamini Trajectionis Annuli, capitis, aut trunci, interfuturi, repræsentat.

1. Inductus appareat vestimentis nitidissimis, & ad decorem splendoremque maximè compositis, cum hoc ante omnia alia gratiam ipsi conciliet.

2. Vestes, pileum, cristas, cingulum, ensem, ocreas, calcaria, & omnia corporis ornamenta, ita componat, sibique prospiciat, ne in ipso certaminis actu, sol-

Das XLI. Capitel.

Wie der jenige so zum Ring / Kopff / oder Quintana rennen will / solle gerüstet seyn.

1. Solle er auf das allerzierlichste und säuberste gekleidet seyn / dann es ihme für andern einen Wolstand gibt.

2. Solle er seine Kleider / Hut / Federn / Wehrgehenck / Degen / Stiffel / Sporn und anders so an seinen Leib gehört / dergestalt anthun / und sich darmit versehen / daß ihme unter diesen Stücken in währender Action / mit Brechen / Abfallen /

vendo, rumpendo, amittendoque ulli impedimento ſeſe obnoxium reddat.

3. Equum ſolicitè exploret, num ſingula circa habitum ejus exaſsè reſpondeant, ne poſtquam in Hippodromo Coronæ reliquorum Nobilium Candidatorum ſeſe immiſcere contendit, tunc demum unum vel alterum decidat, vel rumpat; ſive in Ephippio ſive in ſtapedibus, vaginis tormentorum manuariorum, ipſis tormentis manuariis, fræno, ramis fræni collateralibus, orea, catena mentum cingente, antiiena aut poſtilena, aut in ſoleis tandem ferreis, quicquam deſiderari poſſit.

Hæc omnia ſi ad amuſſim quaſi quadrent, Candidatusque optimè ſit inſtructus, ad Certamen progrediatur, omnibusque reliquis palmam præripere operosè contendat.

fallen / oder verlieren/im geringſten nichts hinderlichs ſeye.

3. Solle er zu ſeinem Pferd zuſchauen/ ob alles wol und recht daran verfertigt ſeye / damit wann er auf den Platz zu andern Cavaliern kommt / allererſt nichts abfalle / oder breche / es ſeye am Sattel / Steigbügel / Hulfftern / Piſtolen / Zaum / Stangen / Mundſtück / Kin-Ketten / hinter und forder Zeug / oder an den Hufeiſen.

Wann diß alles zum beſten fertig / und der Cavalier gerüſtet iſt / ſolle er zu ſolchem Exercitio kommen / ſich meiſterlich gebrauchen / und dahin trachten / daß er den Preiß für allen davon bringe.

CAP. XLII.

Reliqua Candidati certamini trajectionis Annuli inter futuri officia enumerat.

QUamprimum Equum conſcenderit tyro, concioni certaturæ præſentem ſe ſiſtat, ibidemque donec lanceæ offerantur, gradum ſiſtat. Deinde decora corporis poſitura pedetentim ad eum locum pergat in quo diſtribuuntur lanceæ: pòſt illum ipſum locum, quem modò deſeruerat, repetat, ibidemque donec ordo certaminis ad ſe fuerit devolutus, expectet.

Quo facto pedetentim ſuper linea equo pergat, reverentiæ geſtus coram Principe aut Principiſſa, reliquisque Gynæcei inquilinis, modo quo fieri poteſt elegantiſſimo, exhibeat, lanceæ mucrone ſuper equi collum, ſiniſtram verſus, aut dextram verſus, quodcunque latus Magnates aut Gynæcei alumnæ ſua præſentia illuſtrent, demiſſo: vid. Num. LXXXI. litera F. G. Exhibitis Reverentiæ geſtibus, lanceam conſuetum in locum reſtituat, & quamprimum lineæ metam attigerit, equumque ad curſum incitaturus eſt, Voltam dimidiam, clauſo Galoppo, eoque decoro, moderatè abſolvat; pòſt ex Galoppo ſuper lineam curſum effuſum auſpicetur, lanceam elevet, immotamque dirigat: & ſive diſcum trajecerit, ſive aberraverit, in fine ferè curſus lanceam denuò elevet, & ſi equus huic negotio ſit aſſuetus, Paradæ Courvettam unam aut alteram ſuperaddat, dextramque verſus reflectat.

Das XLII. Capitel.

Wie ein Scholar ſich ferners im Ring-Rennen verhalten ſolle.

SO bald der Scholar zu Pferd geſeſſen/ ſolle er ſich zu der Compagni, welche zum Ring rennen will / begeben / und da halten / bis man die Lantzen præſentiren wird; wann nun diß geſchehen / ſolle derſelbe mit einer ſchönen Gratia oder Leibs-Poſtur fein Fuß für Fuß dahin reiten / wo man ihme die Lantzen præſentiren wird / hernach ſolle er wieder an das Ort reiten / an welchem er zuvor gehalten hat / alsdann erwarten / bis die Ordnung zu rennen an ihne kommen wird.

So diß geſchehen/ ſoll er Fuß für Fuß auf der Linea reiten / die Reverentz für dem groſſen Herrn oder Fürſtin / und anderm Frauenzimmer mit der Lantzen und mit der beſten Manier ſo er immer kan / machen / indeme die Lantzen über deß Pferds Hals mit der Spitz linckwerts oder rechts/ auf welcher Seiten die groſſe Herren oder das Frauenenzimmer ſich præſentiren / geſencket wird / beſiehe Num. LXXXI. litera F. G. und nach der Reverentz ſolle er die Lantzen an ihr gewöhnliches Ort wieder ſtellen / und wann er auf der Linea an das Ende kommen / und das Pferd anſprengen will / ſolle er die halbe Volta fein ſittſam mit einem geſchloſſenen ſchönen Galopp machen / dann aus dem Galopp auf der Linea die völlige Cariera nehmen / die Levada machen / die Lantzen ſtät führen / nach deme / er habe getroffen oder nicht / faſt zu End der Cariera wieder eine Levada machen / und auf die Parada, ſo das Pferd darzu inclinirt iſt / eine Courvetten zwey oder drey machen laſſen / und auf die rechte Hand umwenden:

Quod si discum trajecerit, Certaminis designatoribus unâ cum lancea discum ipse offerat; finita oblatione, ad locum sibi assignatum tardiusculè remeet, ordineque decenter observato, gradum sistat.

So er aber getroffen/ den Ring mit der Lanzen den Judicirern selbst præsentiren / nach geschehener Præsentation / fein gemachsam an seinen Ort / wo er vorhero gehalten hat / reiten und der Ordnung nach still halten.

Cap. XLIII.

Quando & quo tempore ad Annulum trajiciendum primùm tyro sit admittendus, & quomodo ab initio trajicere Annulum debeat.

QUamprimum Tyro aliqualem sibi in Galoppo paraverit experientiam, equoque firmiter insederit, jam ad certamen hoc admitti potest. Ab initio verò per spatium quatuordecim dierum, absque lancea, solâ virgâ trajectionis periculum faciat: ut si Equus hallucinetur, eundem propellere possit: quod si per spatium menstruum, aut diutius etiam pedester Annulum traijciendi periculum fecisset tyro, insigni commodo sese ornaret; quippe in quâ lectione & lanceæ elevationi, versuræ, & cursui assuefieri posset.

Deinde demùm ipsi permittenda est lancea, addita informatione, quomodo ab eo, qui pedester existens eandem in extrema parte tenens porrigit, ad latus dextrum manubrio apprehensam excipere debeat. Vid. Num. LXXIX. lit. A.

Secundò, monstrandum est Tyroni, quomodo lancea dextro pedi in superiori genu parte, femoribus sit imponenda? Vid. Num. LXXIX. lit. B. ita autem lancea collocanda est, ut ejusdem mucro sursum & antrorsum, aurem sinistram versus vergat, dexter equitis cubitus ad extra, manus verò dextra ad intra gerenda, sinistra manus cum habenis supra ephippii capitulum, sicut equitem aliàs decet, tenenda est.

Postea pedetentim juxta parietem cursum tyro perficiat. conf. Num. LXXIX. lit. C. siquidem nulli Tyroni, qui nunquam Trajectionis Annuli periculum pridem fecit, inter duas columnas liberum hujus certaminis exercitium permittendum sit, nisi prius ad parietem (ad quem equi cursu magis constanti & immoto prætervolant) notitiam ejus acquisiverit. Annulum enim intra duas columnas pendentem, absque parietis subsidio traijcere longe difficilius est, opusque equitis in traijciendo Annulo ad parietem aliàs exercitatissimi, si liberè intra duas columnas Annulus traijciendus proponatur.

Tyro igitur, postquam ad finem propemodum cursum perduxerit, lanceam ad spatium transversæ manus à genu remotam

Das XLIII. Capitel.

Wenn und zu welcher Zeit der Scholar zum Ring / und wie derselbe erstlich rennen solle.

SO bald der Scholar im Galopp fort kan/ und etwas zu Pferd sitzet / dann ist es schon Zeit ihne zum Ring-Rennen zu lassen. Es solle aber derselbe anfangs ein Tag oder vierzehen mit einer Spitzruten allein in der Hand / ohne Lantzen rennen / darmit wann das Pferd stecken wolte / er solches fortpoussiren könne / und wäre wol gut / wann der Scholar ein Monat oder länger vorhero zu Fuß nach dem Ring geloffen wäre/ in welcher Lection er eben sowol die Levada, Wendung und Cariera lernen kan.

Hernach soll man ihme erstlich die Lantzen geben/ und weisen / wie er sie zu Pferd von deme zu Fuß/ welcher sie ihme darreicht / und die Lantzen zu unterst haltend præsentiret / bey dem Handgriff auf der rechten Seiten von ihme nehmen solle. Besiehe Num. LXXIX. lit. A.

Zum andern soll man ihme weisen / wie er die Lantzen auf den rechten Fuß oberhalb deß Knies auf das dicke Fleisch stellen solle. Besiehe N. LXXIX. lit. B. Er solle sie aber also stellen/damit die Spitze der Lantzen übersich / und für sich gegen dem lincken Ohr gewendet seye / deß Reuters rechter Elenbogen solle auswerts / und die rechte Hand innwendig gewendet / die lincke Hand mit dem Zaum an dem Ort über dem Sattel-Knopff / wie es sich sonsten im Reiten gebühret/ gehalten werden.

Dann solle der Scholar Fuß für Fuß neben einer Wand die Cariera hinauf reiten; Besiehe Num. LXXIX. lit. C. sintemal man keinen Scholaren / welcher niemaln zum Ring gerennet / frey zwischen den Piliern solches Exercitium weisen solle/dann er muß vorhero an der Wand (allwo die Pferd viel stäter in der Cariera lauffen) solches ergreiffen. Dann den Ring ohne Wand zwischen den zwey Piliern hinweg zu nehmen viel schwerer ist / und einem zu schaffen gibt/ der sonsten ein perfecter Ring-Renner / und an der Wand zum Ring-Rennen gewohnt ist/wann er frey zwischen zwey Piliern darnach rennen soll.

Wann nun der Scholar fast zu End der Cariera kommt / solle er die Lantzen vom Knie ein zwerch Hand von sich halten / das Pferd im Galopp

teneat, equum per dimidiam Voltam Galoppo incitet: conf. Num. LXXX. lit. D. lanceæ mucrone paulum sinistrorsum verso, absolutaque Volta dimidia, equo paulisper progresso, illicò omni nisu ad effusum cursum equum excitet, lanceâ insimul elevatâ. conf. N. LXXX. lit. E.

Tribus autem modis fieri solet illa lanceæ elevatio, quorum quilibet tres mensuras obtinet.

Prima elevatio vocatur simplex, & hac ratione fieri consuevit: Si Tyro lanceam tenet directam: in altum eandem vibrat, mucrone antrorsum sinistram versus reflexo: deinde ex alto eam directè rursus attrahit, pristinâ tamen positurâ omninò retenta: tandem paulatim eandem dimittat.

Elevatio secunda hunc in modum perficitur: Lanceam juxta femur dextrum Tyro quantumcunque potest dimittat, porrò pro posse eandem elevat, tandem eandem denuò attrahit, sicuti in prima lectione factum est, & sensim ad trajectionem demittit.

Elevatione tertia lanceam itidem demittat tyro ad modum præcedentis lectionis, tum methodo retortâ elegantiq; elevat, manu dextra sinistrorsum eleganterque torta & demissa. Hæc elevatio ut omnium maximè decora, ita difficillima est.

In omnibus autem & singulis elevationibus in genere notandum est, ut mucro semper antrorsum sinistram versus dirigatur, & nunquam infimam lanceæ partem subter brachio contineat, sed infima pars retineatur libera.

Omnes autem lancearum demissiones sint tardæ: veloces enim demissiones trajectiones pariunt nimis depressas, tyronemque ut lancea nimis infra Annulum descendat, & spuria trajectione feriat, assuefaciunt. Econtra per demissiones lanceæ retardatas, & non præcipitatas, perpendicularis lineæ exquisitissimam notitiam impetrabit tyro, Annulumq; semper superius traijciet & licet ab initio sæpius fortè ab Annulo traijciendo aberret, modò egregiæ corporis positura tenax sit, elegantibusque elevationibus assuefiat; sic aberratio ab Annulo, quæ ex nimia sursumtendentiâ oritur, per crebrum exercitium, meliorem ipsi traijciendi habitum inducet.

Galopp die halbe Volta ansprengen / besiehe N. LXXX. lit. D. die Lantz mit der Spitzen etwas lincks gehalten / und so bald die halbe Volta gemacht / und das Pferd ein wenig avancirt hat/ solle er dem Pferd die Cariera aus allen Kräfften geben / und zugleich die Levada machen. Besiehe N. LXXX. lit. E.

Welche Levada aber auf dreyerley Weis gemacht wird/und jede drey Tempo hat.

Die Erste wird die einfache genannt und also gemacht: Wann der Scholar die Lantze gerad hält/so ruckt er mit in alle Höhe/ auch daß der Spitz der Lantzen fürsich und lincks aussehe / dann ziehet er sie gerad wieder herunter / doch daß sie in voriger Postur bleibe / drittens / so sencket er sie allgemach.

Die andere Levada wird also gemacht. Der Scholar läst die Lantzen nebenst seinem rechten Schenckel sencken/ so tieff er kan / fürs ander levirt er die Lantzen so hoch er immer kan / drittens ziehet er dieselbe wieder herunter / wie er zuvor in der ersten Lection gethan hat / und sencket allgemach zum Treffen.

In der dritten Levada läst der Scholar seine Lantzen auch sencken / gleichwie in der vorhergehenden / alsdann levirt er sie mit einer schönen gewundenen Manier/in dem er die rechte Hand lincks/ fein zierlich drehet und also sencket / diß ist die zierlichst/aber die schwereste Levada.

Es ist aber insgemein bey allen Levaden zu mercken / daß die Spitz der Lantzen je und allweg fürwarts und lincks aussehen/und der Scholar keinmal das unterst Theil der Lantzen unter den rechten Arm nehmen und halten soll / sondern das unterst Theil soll frey gehalten werden.

Es sollen aber alle Senckungen mit der Lantzen langsam geschehen / dann allzugeschwinde Senckungen machen kurtze Treffen / gewöhnen den Scholaren daß er tieff mit der Lantzen unter den Ring kommt,/ und hernach falsche Treffen machet/ hergegen wird der Scholar durch die langsame und nicht übereilte Senckungen die perpendicular Lini gantz perfect lernen / und lauter hohe Treffen machen / und schadet nichts / ob er anfänglich deß Ring-Rennens nicht viel Treffen machet / wann er nur die Leibs-Postur wol hält/und schöne Levada machet / dann das zu hoch kommen mit der Lantzen / wird ihn durch stäte Ubungen nur desto bessere Treffen machen lernen.

Cap. XLIV.

De Trajectione capitis, & quomodo Tyroni hoc exercitium debeat proponi.

TRajectionem Annuli, Capitis trajectio excipit: nec quisquam conetur ad hoc exercitium animum appellere, priusquam ad aliqualem perfectionem in trajectione Annuli, pervenerit. Cum in hoc exercitio

Das XLIV. Capitel.

Vom Kopff-rennen / wie der Scholar zum Kopff rennen solle.

DAs Kopff-rennen gehet dem Ring-rennen nach / und soll keiner diß Exercitium sich unterstehen zu ergreiffen/ er habe dann vorher zum Ring gerennet / auch sich darinnen etwas perfectioniret. Dann in diesem Exercitio nicht allein

non solùm omnes lanceam elevandi modi, sed & eadem equitis positura, & alia quæ in traijciendo Annulo occurrunt, requirantur, quin imò plures casus alii.

Primò enim dimidia Volta ac si Annulum trajecturus esses, conficitur, ut & elevationes & cursus: solummodò caput primo ordine positum cursu effuso prætervehere, ultimumque in ordine positum ferire solenne est. Vid. N. LXXXII. lit. I. Postmodum sine ullius Paradæ ornamento iterum dextrorsum versuram instituat, effusoque cursu frameâ caput ordine primum petat. Vid. N. LXXXII. lit. K. Porrò sine Paradæ ullius exhibitione galoppo ulterius pergat, & in fine stadii sclopetum manuarium, ad caput tertio ordine positum collimando, exoneret. Confer N. LXXXII. lit. L. Quo facto confestim equum dextrorsum reflectat effusoque cursu caput ordine quarto collocatum ense auferat. Vide N. LXXXII. lit. M.

Observanda autem etiam sunt sequentia monita. 1. Lanceam, sive scopum attigeris, sive ab erraveris, sine Parada, esse extradendam.

2. Frameam appositè esse elevandam: dum enim dextrâ ex posteriori ephippii parte framea protrahitur, levanda illa est vel directè, & antrorsum vibranda, aut circum caput agitanda, & postea demum vibranda.

3. Elevationem etiam ense esse perficiendam. Dumque eodem caput auferre contendas, mucronem deorsum esse vertendum; capitulum autem ensis posteà tantum depriměndum; hoc modo mucro iterum sursum tendet, caputque auferet; siquidem punctim caput ferire non liceat. Sicq; nervosè etiam tradita est doctrina de trajectione capitis.

Verum enimverò notandum est & illud, quod si ense caput trajectum sit, illud ab ipso Nobile certaminis judicibus sit offerendum.

allein alle Levaden / Postur deß Reuters / und anders so bey dem Ring-rennen passirt / requirirt werden / sondern es sind noch mehrere Casus zu beobachten.

Erstlich macht man die halbe Volta wie man zum Ring-rennen zu machen pfleget / sowol auch die Levada und Cariera, allein man muß den ersten Kopff vorbey rennen / und auf den letzten treffen / besiehe N. LXXXII. lit. I. alsdann ohne einige Parada wieder im Galopp rechts umwenden / und in vollem Cariern auf den ersten Kopff mit dem Javelin werffen / besiehe N. LXXXII. lit. K. dann ohne Parada fort galoppiren / und oben wieder auf den dritten Kopff mit der Pistol schiessen / besiehe N. LXXXII. lit. L. wieder rechts wenden / und in voller Cariera den vierdten Kopff mit dem Degen aufheben. Besiehe N. LXXXII. lit. M.

Man muß aber auch diß consideriren / daß man 1. die Lantzen / man habe getroffen oder nicht / ohn Stillhalten / alsbald von sich gebe.

2. Die Levada mit dem Javelin recht mache / dann indem man den Javelin hinten aus dem Sattel mit der rechten Hand ziehet / entweder eine Levada gerad machen / und denselben für sich werffen / oder mit dem Javelin eine Levada um den Kopff machen / und alsdann werffen.

3. Die Levada mit dem Degen machen / und indeme man den Kopff darmit aufheben will / die Spitz deß Degens untersich sencken / den Degen-Knopff hernach nur untersich drücken / so kommt die Spitz wieder übersich / und nimt den Kopff hinweg / sintemal man nicht nach dem Kopff stechen solle. Und diß ist mit kurtzem / wie man zum Kopff rennen solle.

Man muß aber auch diß in Acht nehmen / daß wann man mit dem Degen getroffen / der Cavalier den Kopff mit dem Degen selbsten den Judicirern bringen solle.

Cap. XLV.

De Trajectione Quintanæ.

TRajectio Trunci observationem requirit omnium, quæ in Elevatione lanceæ & ipsa trajectione, in præcedentibus lectionibus tradita sunt, hoc insuper addito: quod dum lancea frangatur, quantò propius fractura manum versus accedat, tantò elegantiorem palmam trajectio mereatur. conf. N. LXXXII. lit. N.

Das XLV. Capitel.

Von der Quintana.

DJe Quintana erfordert alles / was mit der Lantzen in den Levaden und Treffen in vorigen Schulen observirt worden / und noch diß / wann man die Lantzen bricht / daß je näher die Lantzen bey der Hand gebrochen / je für ein bessers Treffen es gehalten wird. Besiehe Num. LXXXII. lit. N.

CAP. XLVI.

Modum continet juxta quem fœmina, ex illustri familia oriunda, sit informanda, ut non solum decoro corporis habitu equo insideat, sed & absque omni vitæ discrimine, equo animi gratiam spatiari, peregrinationesq; in dissitas orbis regiones suscipere possit.

NEgotium istud fœminam ex illustri ordine prognatam, equitandi habitu imbuendi, non futilis adeò atque frivola res est, prout agrestes nonnulli Asini rudunt, ac si fœmellæ ejusmodi ab initio statim ausu planè temerario quemlibet equum, aut Ephippium quodcunque conscendere, sicque in campum illicò oblectationis gratiâ, prorumpere possint. Sed res est sanè altioris indaginis, nec lis illicò perorata, si patrato casu tragico, Equiso ejusmodi malè feriatus in fugam se conijciat, aut à Principe retractus, in exemplum reliquorum impostorum severa pœnâ afficiatur. Quandoquidem si ex incuria nebulonis ejusmodi aut Conjux aut filia Principis alicujus, semel tantum vitio quodam corporis corrumpatur (id quod inter fortunatos adhuc casus numerari posset, cum vitæ nonnunquam periculum ex ejusmodi negligentia immineat) supplicio tamen vel rigidissimo, nec vitium corporis, nec amissa vita reparabilis est.

Qua propter ab initio ephippium usurpandum est pilis capreolorum apprimè infartum, & ita confectum, ne fœmella aut nimis in eo coangustetur, aut spatium nimis laxum obtineat; pede verò dextro ephippii nodum stringere possit; Qui quidem nodus teres aliquantisper esto & elevatus, in superficie tamen minimè acutus, sed rotundus & corio obductus, intrinsecè verò damarum setis stipatus atque turgidus.

Ab anteriori verò parte versus equi collum, circa ephippii nodum pulvillus minutus, stipatus satis atque mollis ponatur, ephippio firmiter accinctus, ut per nodum ephippii stringens super eo requiescat, nec ulla molestiâ aut dolore fœmella afficiatur. Dextrum verò latus versus infra ephippii arcum, ansa quædam sive manubrium ephippio adhæreat, ut fœmina equum conscensura, dextrâ illud apprehendere, nec non si durante equitatione corpore nonnihil extra habitum ordinarium fuisset emota, in ordinem semetipsam denuò redigere possit.

Genus isthoc ephippiorum muliebri sexui omnium est accommodatissimum; Reliqua autem Ephippia quæ ad figuram antiquam hunc in modum confecta sunt, ut dorsum versus dextrum equi latus sit vertendum, pedes autem juxta se invicem, in ob-

Das XLVI. Capitel.

Wie man eine Dame hohen Stands im Reiten unterrichten solle / daß sie nicht allein zierlich zu Pferd sitze / sondern auch ohne alle Lebens-Gefahr ein Pferd so wol spacieren / als über Land reiten könne.

EIn vornehme Dame im Reiten zu unterrichten / ist keine so leichte und schlechte Sach / wie ihnen etliche Ignoranten einbilden / daß man stracks ein solches vornehmes Weibsbild auf jedes schlechte Pferd / und jeden Sattel setzen und alsbald dieselbe ins Feld spaciren und reiten solle lassen; dann dieses eine sehr wichtige Sach ist und nicht darmit ausgerichtet / wann ein unverständiger Bereuter / nach dem ein Unglück geschehen / den Reißaus nimt / oder wo er schon von dem grossen Herrn zur Hand gebracht worden / zum Exempel andern dergleichen Betriegern abgestrafft wird. Sintemal so aus Versehung eines solchen Gesellen deß Fürsten Gemahl oder Printzessin einmal einen Leibs-Schaden bekommt (und wanns wol abgehet nicht gar den Hals bricht) ist darum nicht mit geholffen / noch das Leben wieder gebracht / ob man schon solchen Gesellen mit der allerschärffesten Straffe ansiehet.

Derhalben solle man anfänglich ein solchen Sattel gebrauchen / welcher mit Rehehaaren wol ausgefüllt und also gemacht ist / daß er nicht zu weit noch zu enge sey / und daß die Dame den rechten Fuß wol um den Sattel-Knopff schlingen könne / welcher Sattel-Knopff gerad übersich stehen / aber am obern Theil nicht spitzig / sondern rund und mit Leder überzogen und innwendig mit Rehehaaren auch ausgefüllt seyn solle.

Von vornen hero gegen deß Pferds Hals zu / solle ein weiches Küßlein vest angegürtet seyn / darmit der rechte Fuß / welcher um den Sattelknopff geschlungen / drauf ruhen könne und die Dame deßwegen keinen Schmertz oder Ungelegenheit empfinde. Auf der rechten Seiten deß Sattels unter den Sattelbogen solle eine Handheb starck angemacht seyn / darmit die Dame im Auffsitzen dieselbe mit der rechten Hand ergreiffen / auch da sie im Reiten aus der Postur käme / sich darmit wieder zu recht setzen könne.

Dieser Sättel Manier ist die beste unter allen für Weibspersonen zu gebrauchen / die übrige Manier der Sättel / welche auf die alte Manier gemacht sind / daß man den Rücken gegen deß Pferds rechte Seit wendet / und die Füsse neben einander in einen langen Steigbügel / von der lincken Seit deß

Pferds

longo stapede, versus sinistrum equi latus collocandi, incommoda non solum sunt atque molesta, sed & periculosissima.

Nisi enim fœmellæ corpus suum continuò gerant erectum, ejusmodi ephippio insidentes vel antrorsum semper vel retrorsum, vel ad latus inclinant, ex quo vitio evenire facile posset, ut in faciem aut in tergum præcipites ruant, præprimis si Persona ejusmodi illustris sit gravida. Ejusmodi verò Ephippium quale N. CIII. lit. a. indigitavimus, longè tutius, & ad sessionem longè commodius est.

Observavi porrò in plurimis locis illustres virgines, ad instar virorum divaricatis cruribus equis insidentes, qui quidem equitandi modus in Personis ejusmodi in Cœlibatu adhuc degentibus, nec malè exinde se habentibus, reprehendi non potest, in prægnantibus autem, obesis, & infirma corporis constitutione laborantibus, isthæc equitandi ratio admitti vix poterit, cùm ut alia incommoda prætercam, sterilitatem insuper inducat.

Secundò illustris ejusmodi Heroina, caligas corpori strictim adhærentes ex nebridibus admodum teneris, purpura, cocco, vel holoserico confectas, aut subligaria N. I. lit. c. repræsentata, induat, quæ non solum sessionis firmitudinem, sed & in hyeme caloris in femoribus conservationem promovebunt.

Tertiò, Fœminam illustrem equo impositurus, equum mansuetum, & tractabilem, oris bonitate præditum, minimè verò formidolosum, aut proceræ nimis staturæ, & Equum castratum quidem, minimè autem admissarium, aut equam (quanquam in defectu Equi castrati, equæ etiam in usu sint) eligat, (maximè, cùm, ubi illustres hujusmodi fœminæ unà equitant, admissarii omninò exulent) Ad fœminam itaque Equũ conscensuram Equus ejusmodi ad Basin N. IV. adumbratam aut in defectu hujus, juxta sellam aut locum quemcunque elevatum, per ministros adducatur. Posteà illustris virgo habenam sinistra prehendere doceatur, conf. N. 3. ubi habena intra utrumque digitum traijcitur. Tunc sinistrâ manu, una cum freno, jubæ Equi, aut nodulo Ephippii firmiter innitatur, & sinistro pede stapedi insistat, dextrâque ephippii ansam aut analectidem prehendat; & tum dextrâ ex ansâ aut analectide ephippii remota, sensim in ephippium involet, femore dextro circa ephippii nodulum incurvato, & pulvillo, qui inferius alligatus est, superimposito.

Præbiturus verò virgini equum conscendenti auxilium, sedulò observet, ne in conscendendo vel ad latus, vel antrorsum,

Pferds stellet / sind nicht allein unbequem / sondern auch gefährlich.

Dann so die Damen nicht stets den Leib gerad führen / hängen sie mit dem Leib entweder fürsich / hintersich oder auf die Seit / daher es leichtlich geschehen kan / daß sie entweder fürsich oder hintersich herabfallen / absonderlich so eine solche hohe Person schwanger ist. Auf diesen Sätteln aber wie hiebey N. CIII. lit. a. bezeichnet / viel sicherer und bequemer zu sitzen ist.

Wiewol ich an vielen Orten auch gesehen / daß das Frauenzimmer wie die Mannspersonen zu Pferd gesessen / welche Manier zu reiten aber bey ledigen Standspersonen und die sich nicht übel dabey befinden wol kan passirt werden / mit schwangern Frauen / fetten oder schwachen Personen aber / wird sich solches nicht thun lassen / und daß ich anderer Ursachen geschweige / so ist solches Reiten eine grosse Ursach der Unfruchtbarkeit.

Fürs ander solle eine solche vornehme Dame auch der Hosen sich gebrauchen / welche von linden Gemsfellen / Sammet / Scharlach oder sonsten linden seidenen Zeug gemacht seyn sollen / wie auch der falschen Hosen / welche N. I. mit c. bezeichnet / abgezeichnet / von welcher Gebrauch sie nicht allein vester zu Pferd sitzen wird / sondern dieselbe bewahren auch im Winter die Knie gar wol für der Kälte.

Drittens / so man die Dame will zu Pferd sitzen lassen / solle man ein frommes / sicheres und eines guten Mauls / mit nichten aber ein scheues oder allzu hohes Pferd darzu erwählen / welches Pferd auch ein Wallach / und mit nichten ein Hengst oder Stut seyn solle (obwoln in Mangel eines Wallachen eine Stut gar wol kan gebraucht werden / bevorab da bey einer solchen Compagnie wo solche vornehme Damen reiten / keine Hengst sollen gelitten werden) wann nun die Dame auffsitzen will / solle das Pferd auch zu einem Vorthel wie N. IV. zu sehen geführt werden / oder in Ermanglung desselben neben einen Stul oder sonsten erhöchten Ort / hernach solle man der Damen den Zaum in die lincke Hand zu nehmen weisen / wie N. III. zu sehen / wo die Zügel zwischen die beyde Finger zu nehmen gewiesen werden / alsdann sollen sie sich mit der lincken Hand zusamt dem Zaum auf den Sattelknopff oder an deß Pferds Mäni anhalten / den lincken Fuß in den Steigbügel vest setzen / mit der rechten Hand aber die Handheb am Sattel auf der rechten Seit ergreiffen / und alsdann mit Hinwegthun der rechten Hand sich in den Sattel sittsam schwingen / und den rechten Fuß um den Sattelknopff an seinen gebührenden Ort auf das Küßlein legen.

Der aber welcher der Damen zu Pferd helffen will / solle fleissig Achtung darauf geben / daß die Dame im Auffsitzen / nicht auf die Seiten / fürsich oder

vel retrorsum præceps ruat, sed Præfectus stabuli aut Equiso, dextra suâ virgini ita succurrat, ne ulla in re aut molestia aut nausea ipsi excitetur, si quidem hoc in puncto, attentio longè major, quàm in tractatione Principis Pueri, requiritur; Virgines enim vitreæ sunt, & insulsos inurbanosque mores cane pejus & angue aversantur. Quemadmodum enim si civiliter apud muliebrem sexum tegeras, favorem mox atque honorem impetrare facilè poteris, ita si agrestem te Polyphemum exhibeas, odium atque fastidium illicò reportabis; proinde si sors ita tulerit, in ministerio ejusmodi equestri cautus eris.

Quamprimum itaque illustris Virgo uti dixi, equum conscendit, vestes ejus in conscendendo perturbatæ, in ordinem concinnum iterum redigantur, virgâ sive sepiâ, (ὀςράκω) ad figuram virgæ efformatâ in dextram ipsi porrectâ. Posteà Equisones vel absentibus his quicunque servi illi duo equum tenentes, eundem pedetentim super linea recta deducant, sic uti N. XI. de Puero Principe dictum est; Præfectus autem stabuli, aut equiso, qui Virginis in conscendendo adjutor fuerat, ad latus sinistrum juxta virginem identidem obambulet, subinde innuendo quomodo sedere, corpus atque pedes gerere, oculis recta prospicere, & recta equitando pergere debeat? Quod si gradum sistere eandem jubeat, sinistram ipsius manum una cum fræno, sinistrâ suâ prehendat, ipsique, quomodo, cum gradus sistitur, manus geri debeat, ostendat. Finitâ autem Parada (liceat mihi in inveterata seculi hujus Barbarie, barbaricos artis terminos, hìc & alibi passim occurrentes retinere!) equum retrahat, denuoque procedere eum impellat.

Hoc modo si aliquamdiu illustris Virgo in Catadromo aut Trigario equitaverit, animoseque equum tractet, Præfectus stabuli, aut Equiso, ad chordam equum alligabit, pedetentimque spatiosam viam emetietur, interdum parvam, interdum capacem Voltam (circuitum) exhiberi, & versuras ab una manu versus alteram fieri curabit; ut posteà si forte fortuna equum flectere illustris Virgo vellet, hoc ipsi nec insolitum nec inopinatum videatur.

Hoc ubi factum, succussando etiam equum exercere licebit (quamvis modicè saltim, cum eum saltim in finem istud fiat, ut si equus nonnunquam in Galoppo aut eo ambulandi genere quo asturcones aut gradarii utuntur, aberret, Virgini istud non videatur mirum. Postquam verò Virgo satis jam audax in equitando evaserit, Galoppo sæpius utatur, asturcone, aut alio quodam equo adhibito, cujus

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

oder hintersich über das Pferd abfalle / sondern der Stallmeister oder Bereuter so solches verrichten muß / solle mit seiner rechten Hand der Dame also nachhelffen / daß er ihr dadurch im geringsten nicht beschwerlich falle / vielweniger eine Unhöflichkeit begehe / dann in diesem Stück sich noch mehrer vorzusehen ist / als mit einem jungen Herrn / dann Frauenzimmer ist und bleibt Frauenzimmer und hassen nichts ärgers als die Unhöflichkeit / dann je höflicher man mit ihnen umgehet / je mehr Ehr man davon trägt / da im Gegentheil man den grösten Schimpff davon aufzuheben hat. Derowegen man sich in diesem Stück wol vorzusehen hat.

Wann nun die Dame zu Pferd gesessen / solle man ihr die Kleider wieder zu recht machen / ein Spitzrut oder ein von Fischbein in dieser Form gemacht in die rechte Hand reichen; hernach sollen die zwey Bereuter / oder in Ermanglung dessen zwey Knecht das Pferd allgemach auf einer geraden Linea fortführen / wie N. XI. zu sehen / der Stallmeister oder Bereuter so der Dame auf das Pferd geholffen / solle neben derselben auf der lincken Hand gehen / und ihr alles vermelden wie sie sitzen / den Leib und Füß halten / dem Pferd zwischen den Ohren durchsehen und fortreiten solle / und wann er sie still halten lässet / solle er mit seiner lincken Hand ihre lincke Hand zusamt dem Zaum ergreiffen und weisen / wie man still halten / wie auch das Pferd zuruck ziehen und wieder fürsich solle gehen lassen.

Wann nun die Dame eine Zeitlang also auf dem Platz geritten / und etwas Hertz zu Pferd bekommen / soll der Stallmeister oder Bereuter das Pferd an ein langes Säil nehmen / und sie also lassen Fuß für Fuß reiten / bisweilen eine kleine / bisweilen eine weite Volta machen / wie auch das Pferd von einer Hand zur andern wenden lassen / damit wann hernach die Dame das Pferd auf die ander Seiten wenden wolte / es derselben nicht fremd fürkomme.

Nach diesem kan man sie das Pferd auch traben lassen (jedoch nicht zuviel /) und nur zu dem Ende / wann ohngefehr das Pferd aus dem Galopp, Pass oder Zelt käme / und in dem Trab fiele / es der Damen nicht molestirlich fiele; wann die Dame nun im Trab gewohnt ist / solle man sie das Pferd auch galoppiren / Zelter / und Pass-Gänger reiten lassen.

Wann

Quæ singula si fuerint facta, virgoque eò usque deducta, ut equum in gyros cogere exasse noscat, remota chorda, virgo sola, proprio marte, hunc in modum equitet: Primò Præfectus stabuli aut Equi equo præcedit, quem virgo sequitur, ex utroque latere pedestri quodam famulo stipata; ut si fortè equus morem gerere detrectaret, iidem fræno eundem, quãquam molliter admodũ, mox prehendere, omneq; hac ratione discrimen avertere possint. Tandem si omne prorsus sublatum sit periculum, in consortio aliarum Virginum equitandi quoque periculum facere Tyronissa nostra poterit. conf. N. CIV.

Finis Libri Primi.

Wann sie in allem hierinn perfect und eine Volta machen kan/ solle man sie allererst das Pferd frey und hernach ins Feld spaziren reiten lassen/ nemlich auf folgende Manier. Erstlich reitet der Stallmeister oder Bereuter voran / dem folget die Dame hernach/ auf jeder Seiten gehet ein Laquei / darmit wo ohngefehr das Pferd stuzen und nicht fortgehen wolte/ dieselbe das Pferd sittsam beym Zaum ergreiffen können und hiemit alle Gefahr abgewendet werde. Also wird sie ohn alle Sorg und Gefahr mit dem ganzen Frauenzimmer hinreiten können wo sie hin will. Besiehe Num. CIV.

Ende deß ersten Buchs.

1.

F G A D E B C

2

1 5

2 3 4

5

4

5.

C. N. Schurk f.

6.

Schurh. sc.

P. Troschel. f.

8.

P. Troschel f.

9.

P. Troschel F.

10

P. Troschel sc.

11.

P. Troschel f.

P. Troschel f.

14.

C.N.S. fe.

15.

C. N. Schurtz sc.

16.

C. N. Schurtz sc.

17.

P. Troschel Fec.

18.

P. Troschel fe.

Cornelis Nicolaij Schurh fe.

P. Troschel fecit.

21.

P. Troschel fe.

22.

D. I. G.

23

24.

P. Troschel sc.

25.

C.N.S. sc.

P. Troſchel. f.

30.

P. Froschel Sc:

31.

B. Reckna. sculp.

P. Troschel. Sc.

33.

P. Troschel fe.

P. Troschel f.

35.

P. Troschel sc.

36.

P. Troſchel. f.

37.

P. Troſchel F.

38.

P. Fruytiers. sc:

39

P. Troſchel ſc.

40.

P. Froschel. sc.

41.

P. Troschel. f.

42.

P. Troschel f.

C.N.S. sc.

45.

C.N.Schurtz. sc.

C.N. Schurk sc:

P. Troschel fe.

48.

P. Troschel sc:

P. Tr: sc.

P. Tr. sc.

P. Troschel fc.

52.

Fr. Nico. Schuck sc. Norinberg.

53.

P. Troschel fe:

54.

P. Troschel sc.

P. Tr. sc.

P. Tr. sc.

57.

P. Tr. sc.

P. Troſchel f.

J. Troschel fc.

P. Troschel fec.

C. N. Schurk Sc.

Cn. Nico. Schurh fe. Nürnberg.

P. Troſchel ſc.

64

Schurk. Sc.

Ca. Nicolaus Schurtz sc. Norimb.

66.

P. Troschel. fe.

Cor. Nicolaus Schurtz sc. Norimbergæ

P. Troschel Scl:

P. Troschel. sc.

70.

P. Troschel sculp.

P. Troschel: sculp.

P. Troschel sc.

C.N. Schurt. Sc.

74.

Cor. Nicola, Schurk. Sculp. Norimb.

75.

P. Troschel. Sc.

10.

P. Troschel f.

P. Troschel sc.

Cor: Nico: Schurtz Sc Norinbergæ

A.

B.

C.

Ch. Nico. Schurt sc.

81.

P. Troschel sc

I.

K.

L.

N.

M.

Cor: Nicolaus Schurtz, Sc: Norinbergae

1
6
2
17
3
4
13
9
9
14
5
9
13
16
10
12
11
12
10
8
8
7
15

84.

Cor. Nico. Schurk. fe.

86.

P. Tröschel. Sc.

P. Troschel f.

P. Trosche'. f:

P. Troschel. sc.

P. Troschel sc.

91.

P. Troschel. sc

Cornelis Nicola, Schurtz. sculp.

P. Troschel sc.

P. Troschel. sc.

95

P. Troschel f.

P. Troschel sculp

P. Troschel sc.

P. Troschel sc.

A. C. B.

D. E.

A

B

C.

Cor. Nico. Schurzs. sc.

D.

Co. Nico. Schurk. sc.

A

2

3

1

$\frac{1}{2}$

C

D

B

2

$1\cdot\frac{1}{2}$

3

1

$\frac{1}{2}$

Cornelis Nicolas Schurh sculp. Norinberg

PARS SECUNDA
ARTIS EQUITANDI,

De

Conſtitutione Equilis Publici, officio Perſonarum ad illud pertinentium, & modo Equos in Hippodromo domandi, & exercendi: de cura item & frænatione Equorum.

Anderer Theil Deß Reit-Buchs/

Von

Anrichtung eines Marſtalls/ Verrichtung der jenigen Perſonen/ ſo in den Marſtall gehören; Wie die Pferd auf der Reit-Schul ſollen geritten und gewartet werden; Wie auch von Zäumung der Pferde.

CAPUT I.
De Requisitis Equilis.

EQuile publicum, situm esto primùm in loco opportuno, aeris puritate & clementia nobilitato, aulæque Principis quantum fieri potest, propinquo; ut omni tempore equi desiderati ad manum esse commodè possint.

Separatum insuper esto, si possibile fuerit, ab omnibus aliis ædificiis contiguis, domibus adhærentibus, horreis, stabulis pecuinis, cloacis, & similibus, excepto ædificio vehiculorum custodiæ destinato, quod in vicinia proxima, aut non procul remota tolerari potest, ut vehicula, carpentaria, rhedæ, cisia, arceræ, currus supellectilibus cubicularibus, culinaribus, itinerariis, vehendis accommodati, & trahæ pictæ equo nolis phalerato vehendæ, in promptu esse possint. Alia ædificia in confinio equilis publici tolerentur nulla, nec fimeta etiam, quæ quàm longissimè ab equilibus sunt removenda: officina contrà fabrilis, cisternæ, & lacuna equis abluendis idonea, quantum fieri potest, sint in propinquo sita.

Secundò, quod attinet ædificium ipsum, quanquam non semper ex voto singula possint obtineri, ita tamen ædificatum sit equile oportet, ut in superiori loco ad junctum sit armarium, cubiculum ephippiis asservandis assignatum, pharmacopœia equilis, habitacula Præfecti stabulo, Equisonis, stratoris, fabri ordinarii, & hypocaustum stabulariorum, (aliquibus in locis hypocaustum equitum nuncupatum) cui adhæreat culina, in qua lebes arenato clausus ponatur, ne calida aqua in casu necessitatis Equili desit.

Cæterum omnia conclavia, culinæque caminis & fornacibus innocentibus probè sint instructæ, singulæ coassationes, & contabulationes ad arcenda ignis pericula cocto latere, aut gypso offuso, neutiquam verò nudis asseribus sint stratæ.

Tertiò Equile in parte interiori à solo ad supremam usque cont gnationem altitudinem contineat sedecim aut plurium etiam pedum Geometricorum, quia quantò altius, tantò salubrius, & aeri magis pervium Equile futurum est. Fenestræ parietibus lapideis è regione sibi invicem eleganter oppositæ incidantur plurimæ, ferreis clathris obductæ, exteriùs valvis compactis munitæ.

Das I. Capitel.
Wie ein rechter Marstall beschaffen seyn solle.

Jn Marstall solle / fürs erste / an einem gesunden / wolgelegenen Ort / und wo möglich nicht weit von deß Herrn Hofhaltung / gebauet seyn / damit man zu allen Zeiten / wo man der Pferd bedürfftig / dieselbe desto ehender bey der Hand haben könne.

Es solle aber derselbe / wanns seyn kan / gantz frey stehen / und von andern Neben=Gebäuen / als Häusern / Scheuren / Vieheställen / Winckeln und dergleichen / abgesondert / ausser dem Wagenhaus / welches nahe dabey / oder doch nicht weit davon / passirt werden kan / darmit die Kutschen / Kaleschen / Chesen / Sänfften / Kammer= Küchen und andere Rais=Wägen / wie auch Schlitten / bey der Hand seyn / sonsten solle nichts um den Marstall von Gebäuen gelitten werden / wie auch (rev.) die Miststätte nicht / sondern dieselbe weit von dem Marstall abgelegen / hergegen die Schmidte / Bronnen und die Wetthe / je näher je besser / gelegen seyn.

Fürs Andere / was den Bau an sich selbsten betrifft / kan mans eben nicht allemal haben / wie man gerne wolte / jedoch solle der Stall also gebauet werden / daß oben auf dem Stall die Rüst=Kammer / Sattel=Kammer / Stall=Apotheck / deß Stallmeisters / Bereuters / Sattelknechts und Reit=Schmids Wohnungen seyn können / wie auch eine grosse Stuben für die Knechte / (welche man an theils Orten die Reuter=Stuben zu nennen pfleget /) bey welcher Stuben eine Kuchen / worinnen ein eingemauerter Kessel / um / warm Wasser auf den Nothfall im Stall zu haben.

Sonsten sollen alle Gemächer / Küchen / mit guten Caminen und Oefen wol verwahret / alle Estrich und Boden aber / um willen Feuers Gefahr zu vermeiden / mit gebackenen Steinen gepflastert oder mit Gips gegossen / keines Wegs aber gebrettert werden.

Drittens / so solle inwendig der Stall ungefehr 16. Schuh hoch / vom Boden an zu rechnen bis an das Gebälck / auch wol höher seyn / Ursachen je höher der Stall / je lüfftiger und gesünder er ist mit vielen Fenstern in dem Gemäuer gegeneinander über fein zierlich eingehauen / für den Fenstern aber inwendig starcke eiserne Gitter wol eingemachet / auswendig aber mit guten Läden versehen seyn.

Strata mandrarum ex quernis aut aliis lignis compactioris indolis, trabibusque per transversum positis, fiant; ad faliscas spatio octo digitorum exaltata magis, quàm à tergo; cum equis magis sit proficuum, majoremque gratiam conciliet, si ab anteriori parte in loco eminentiori sint constituti, adde quod in hoc stabulo spatium unius digiti, ratione altitudinis, superaddere liceat, in stabulo verò equarum minimè. Huc accedit quod in varianda alligatione equi formati aut formandi, in exercitatione quæ in mandra fit, eminentior isthæc equorum collocatio, ad varia sit admodum commoda & utilis; Urina insuper & alii humores in canalem qui in lineâ rectâ per totum equile à tergo mandrarum sit extensus, meliùs defluere possint.

Cæterum præsepe & falisca clathrata, cum reliquâ supellectili, ad modum in libro meo de armento equario feliciter instituendo, cap. 6. expositum, accuratè conveniant, quod repetere velle esset superfluum. Quod si præsepe & faliscæ ferreis laminis interius & exterius essent obductæ, aut infixis innumeris ferreis clavis munitæ, ructationi maximoperè obstarent.

Mandræ autem latitudinem sex, aut sex cum dimidio pedum, longitudinem novem pedum, non excedant. Intervallum verò inter utramque mandram latitudinem æquet viginti septem pedum, aut plurium etiam, ne equi inter adductionem & deductionem invicem prætereundo, aut excurrendo ordinaria mandrarum spatia, vel seipsos invicem, vel alium quemque prætereuntem lædere calcitrando possint.

Ad columnam à tergo cujusvis equi positam, ephippium, habenæ atque lupatum, superiùs autem equi cognomen ligneæ tabellæ inscriptum suspendatur: Juxta columnas verò, ad utramque scilicet interiorem partem, capistra dependeant ex funibus, (aut quod corrosionē morsumq; funium atq; corii magis impediret) catenulis ferreis plurimis flexuris in semetipsus implicatis, fabrefacta.

Mandræ infra præsepe asseribus probè sint munitæ, ostioloque instructæ, per quæ substramen siccum possit intrudi; ad latus autem obdito pessulo illa ostiola claudenda sunt. Quod si ejusmodi ostiola minus alicui arriderent, extra stabulum peculiari in loco substramen reservetur inclusum.

Si verò equus capistrum ex catena factum quo ad præsepe alligatur, crebrò insilire soleat, (omnes autem in universum equi in toto stabulo, capistro ex catena fabrefacto, alligati sint) huic malo medela melior adhiberi nulla potest, quàm ut vacerra quædam ex summitate præsepis ad imum usq; solum directè defigatur, adjunctâ catenâ, cui equus cum capistro alligatur, ne altius quàm vacerra catenam remittit, subsilire possit.

Das Lager in denen Ständen solle von guten starcken Eichenen / oder sonst dicken Lager-Höltzern überzwerchs belegt / und bey dem Bahren an / acht Zoll höher / als hinden seyn / dann es denen Pferden viel besser / auch ansehnlicher ist / vornen etwas erhabener als hinden / zu stehen / sintemal in diesem Stall ein Zoll mehrers in die Höhe / als in dem Stuten-Stall kan passirt werden / zu deme solches auch an einem Schulpferd im Herumhefften zu vielen Sachen im exerciren im Stand / viel gutes wircken thut; Uber diß rev. der Harn und Feuchtigkeit besser in den gemachten Canal ablauffen kan / welcher Canal in der Linea durch den gantzen Stall hinder den Ständen gehen solle.

Sonsten solle der Bahren / das Reff in allem / wie auch andere Sachen / bestellt und beschaffen seyn / wie in meinem Stutterey Buch im sechsten Capitel schon vermeldet worden / und ohne Noth ist / allhier von neuem zu repetiren / köñte aber doch nicht schaden / wann das Reff und Bahrn mit Eisernen Blechen / oder der Bahrn innwendig und auswendig mit eisernen Nägeln dick ineinander beschlagen wäre / damit das Koppen zu verhüten.

Die Stände aber sollen nicht breiter als 6. 6½. Schuh / und 9. Schuh lang / die Weite deß Gangs aber zwischen beyden Ständen 27. Schuh breit / auch noch wol breiter seyn / damit die Pferd im Aus- und Einführen / wie auch da sie in den Ständen bisweilen zuruck lauffen oder stehen / einander / oder den Vorbeygehenden / nicht schlagen können.

An den Säulen hinter jedem Pferd solle der Sattel / Zaum und Cavezon gehänget / wie auch ob denselben deß Pferds Namen in einem höltzern Täffelein verzeichnet / angehefftet seyn / neben den Säulen aber / nemlich innwendig auf beyden Seiten / starcke Hefft-Strick / oder / (welches besser / und zu Verhütung deß Leder-oder Strickkiffens oder Nagens ist) starck ineinander gewundene Kettelein hängen.

Es sollen auch die Ständ unter dem Bahren mit Brettern wol verwahret / und ein kleines Thürlein haben / durch welche Thürlein man dem Pferd die trockene Streue hinein schiebt / welchs Thürlein aber auf der Seiten mit einem Riegel zugemachet / dafern man aber keine Thürlein daran haben will / muß die Streu in einem zugemachten Ort ausser deß Stalls verwahret werden.

So aber ein Pferd gerne in den Bahren oder Halffter-Ketten springet (dann jedes Pferd im gantzen Marstall an Halffter-Ketten angelegt seyn solle /) ist nichts bessers / man mache eine Stange vom Bahren gerad herunder an den Boden vest / mit einer Ketten / daran das Pferd mit der Halffter gebunden wird / so kan es nicht weiters übersich / als die Stange der Ketten gehen lässet.

Cap. II.

De Pastu.

PAstus tam hirsutus, exempli gratia, fœnarius, stramenticius, paleacius; quàm frumentitius, non in ipso stabulo, sed in horreis & granariis, procul à stabulo dissitis, asservetur, & singulis septimanis in stabulum deportetur; avena tamen prius vanno ventilata, purgatis ad ventulum retrimentis, fœnoque in horreo excusso, & in fasciculis collecto. Sic singulis equis secundum debitam proportionem, opportuno tempore pabulum præberi potest.

Et quanquam pastus pro diversitate regionum variet, præscribam tamen certum modum, quem pro lubitu quilibet vel augendo vel minuendo usurpare potest; initium capturus à pastu hirsuto.

Pastus hirsutus.

Equo formato per spatium diurnum & nocturnum præbeantur libræ fœni 6.
Per totam septimanam fasciculus straminis unus cum dimidio.
Equo jugali & vectario per spatium diurnum & nocturnum libræ fœni 8. aut 9.
Per integram septimanam fasciculus unus cum dimidio.
Equo viatorio per spatium diurnum & nocturnum libræ fœni. 6.
Per totam septimanam fasciculus straminis unus cum dimidio.

Pastus lævis.

Equo formato aut formando per spatium diurnum & nocturnum præbeantur mensuræ avenæ 10.
Equo curruli seu vectario per spatium diurnum & nocturnũ mensuræ avenæ 12
Equo cursuali per spatium diurnum & nocturnum, mensuræ avenæ 10.

Qui quidem modus esset ordinarius. Quandoquidem verò equi nonnulli, præprimis qui Hippodromo adhibentur, majoribus defatigationibus redduntur obnoxii, quàm cursuales, vectarii & jugales, hincque pinguedine abundant; hinc pro arbitrio hæc pastus ratio imminui potest: iis tamen omnibus qui in hippodromo quotidiè exercentur pars tertia, aut ad minimum dimidia palearum pars immisceatur.

Incidit hic quæstio, an utilius sit equis formatis merum fœnum, an verò putum purum stramen præbere? Ab annis enim non usque adeò multis mos inolevit quibusdam in locis, ut equis formatis loco fœni, solum stramen suppeditetur: causando, eandem pastus rationem, in Italia, Hispania, & Gallia retineri, fœnumque equos languidos,

Das II. Capitel.

Von der Fütterung.

DAs sowoln rauhe/ als Heu/ Stroh/ Heckerling/ wie auch glatt Futter/ solle nicht auf dem Stall/ sondern in Scheuren und Geträid-Böden/ welche fern von dem Stall sind/ verwahrt/ und Wochentlich zu unterschiedenen malen in den Marstall/ allwo/ nachdeme zuvorn ausser dem Stall der Habern gestäubt und gereiniget/ das Heu aber in den Scheuren ausgeschüttelt/ und in gewisse Büschelein gebunden worden/ gebracht werden. Alsdann kan man jedem Pferd seine gewisse Proportion zur rechten und bestimmten Zeit reichen.

Und obwoln unterschiedliche Fütterungen seyn/ will ich doch auch eine allhie beschreiben/ welche ein jeder seines Gefallens gebrauchen/ vermindern oder vermehren kan/ und also vom rauhen Futter den Anfang nehmen:

Rauh Futter.

Ein Schulpferd Tag und Nacht 6. ℔. Heu.
Die Woch . . 1½. Büschel Stroh.
Ein Kutsch- oder Wagenpferd Tag und Nacht/ 8. oder 9. ℔. Heu.
Die Wochen . . 6. ℔. Heu.
Ein Klepper Tag und Nacht . . 6. ℔. Heu.
Die Woch 1½. ℔. Büschel Stroh.

An glatt Futter.

Ein Schulpferd Tag und Nacht 10. Maß Habern.
Ein Kutsch- oder Wagenpferd Tag und Nacht/ 12. Maß Habern.
Ein Klepper Tag und Nacht 10. Maß Habern.

Diß wäre zwar die Ordinari/ weiln aber bisweilen Pferd/ absonderlich etliche auf der Schul/ welche nicht so grosse Travaillen, als gemeine Klepper/ Kutschen- und Fuhrpferde/ ausstehen/ und deren Theils gar zu fett werden/ kan man etliche nach selbst eigenem Gutduncken ringern/ jedoch solle man allen Schulpferden den dritten Theil/ zum wenigsten nach Befindung den halben Theil Heckerling untermischen.

Allhier fället auch eine Frage vor: Obs nutzlicher seye/ den Schulpferden lauter Heu/ oder lauter Stroh zu geben? Dann es bey etlichen Jahren hero theils Orten aufkommen/ daß man denen Schulpferden an statt deß Heues allein Stroh gibt/ mit Vorwenden/ weil in Italia/ Spania und Franckreich dergleichen gethan werde/ sintemal das Heu nur matte Pferd/ auch wol gar dieselben

tandemque asthmaticos & vaporibus obnoxios reddere, stramen verò eosdem conservare incolumes, nec ventrem adeò, ac per fœnum fit, distendi, aut anhelitum in tantum coarctari, & quæ similia straminis miracula delirant alia, ut ita in exilium relegetur fœnum totaliter.

Quibus verò hoc modo responderi potest: me non ire inficias, in Italiâ, Hispaniâ, & Galliâ equis pabulum purè stramentitium suppeditari, quin imò me largiri, aliis in regionibus, siliquas, schœnanthum, pisces infumatos, panes furfuraceos, pisa, fabas, triticum, secale, milium, hordeum, napos, pabuli vices agere.

Theophylactus sanè Constantinopolitanorum Patriarcha, equis suis, quorum ad duo millia alebat, meras nuces pineas, amygdalas, dactylos, racemos damascenos, racemos Corinthiacos sive uvas passas, ficusque porrigebat; qui quidem pastus vino generosissimo, croco, cinnamomo, Balsamo aliisque aromatibus quàm pretiosissimis fuit intermixtus. Glaucus Potinæus humanis carnibus equos saturabat; Caligula verò Equo suo, cui Incitati nomen dederat, hordeum ex auro apponebat, vinumque in poculis aureis fundebat.

Verum enim verò hæc huc an quadrent, judicare cuivis facile est. Aliud est juxta regionis genium, aliud ostentationis solummodò gratiâ aliquid fieri.

Genium Regionis quod attinet, concedi potest in iis regionibus, in quibus fructus proveniunt teneriores, stramen etiam tenerius eo, quod in nostra Germania crescit, provenire, id quod ex aeris in illa regione clementia accidit, insuperque tam larga fœni copia qualis apud nos est, ibidem non occurrat: Quin & hoc ex superabundanti transeat, stramen nostrum hordeaceum, zeaceum, aut avenaceum, nisi computruerit aut fœteat, molliterque prius trituratum sit, si equis nimiâ pinguedine onustis, otioque abundantibus, admixta tertia pabuli parte, præbeatur, nequaquam esse insalubre: Verum enim verò quod fœnum propterea quasi insalubre totaliter sit reijciendum, purum econtrà, putumque stramen ad pastum sit introducendum, id nemini velim persuasum, nec adductæ etiam rationes quicquam militant.

Idem enim est ac si dicerem: loco avenæ, siliginem, hordeum, lentes, pisa fabas, aliasque frugum species equis præberi debere, quia nempè in aliis regionibus olim etiam illud & factum sit, & hodienum in quibusdam fieri consueverit. Nonne instantiæ loco mihi regereretur: multis in locis avenâ carentibus, hordeum quidem, speltam, quin & siliginem, aliasque quarum supra facta est mentio, frugum species, partim in regionibus

auf die letzt engbrüstig und dämpffig mache / das Stroh aber erhalte sie fein gesund / und verursache keine so dicke Heubäuch und schweren Athem / und was dergleichen grosse Stroh-Wunderwerck mehr seyn / also hiermit alles Heufüttern in totum verbannet und abgeschaffet wird.

Denen gebe ich hiermit zur Antwort / daß ich alles wol glaube / daß man in Italia / Spania und Franckreich denen Pferden Stroh zu essen gebe / ja ich glaube auch / daß man an andern fremden Orten Johanns-Brod / Cameels-Milch / gedörrte Fisch / grob gebacken Brod / Erbsen / Bohnen / Weitzen / Rocken / Hirß / Gersten und Rüben / füttere.

Item / es solle Theophylactus, der Patriarch zu Constantinopel / seine Pferd / deren er bey zweytausend auf der Streu gehabt / mit lauter Zirbel-Nüßlein / Mandeln / Datteln / Weinbeer / Rosinlein und Feigen / (welches Füttern alles mit köstlichem Wein / Saffran / Zimmet / Balsam / und anderm köstlichen Gewürtz vermengt gewesen /) gefüttert; Glaucus Potinæus denenselben gar Menschen-Fleisch zu fressen geben habẽ; Caligula aber seinem Leib-Pferd den Habern vergülden / und aus güldenen Geschirren fressen und träncken lassen.

Obs aber daher dienet / stehet einem jeden leicht zu erachten. Ein anders ist die Lands-Art / ein anders der Pracht.

Die Lands-Art belangend / so kan wol zugelassen werden / daß das Stroh in denen Ländern / allwo sonsten subtile Früchte wachsen / auch subtiler als unsers in Teutschland seye; Welches wegen deroselben Landen wärmern und subtilen Luffts beschiehet / über diß auch die Menge Heues bey ihnen abermal nicht also / als bey uns / zu bekommen; Ja ich gebe auch zu / daß unser Gersten-Dinckel oder Haberstroh / wann es nicht faul oder stinckend / auch zuvor wol zu einer Linde abgedroschen worden / so fern man denen allzufetten und müssigen Pferden den dritten Theil unter das Futter mischet / nicht ungesund seye; Daß man aber das Heu gantz und gar verwerffen und ungesund machen / hergegen lauter Stroh zur Fütterung einführen will / ist nimmermehr einigem Menschen zu rahten / noch einige Ursachen / die deßwegen den Stich halten / einzuführen.

Ebenermassen / als wann ich sagen wolte: man solte an statt deß Habern / Rocken / Gersten / Linsen / Erbes / Bohnen / und andere obbeschriebene Sachen füttern / Ursach / weil mans anderer Orten theils vor Zeiten gethan / theils auch jetziger Zeit noch thue; Würde man mir nicht fein antworten: Daß an vielen Orten / wo kein Haber gebauet / man zwar Gersten / Dinckel / auch gar Rocken füttere / wie auch obbeschriebene Sachen / theils in Orient / theils in Africa und Spania / und theils mittnächtigen

Orientalibus, partim in Africa & Hispaniâ, & districtibus quibusdam septentrionalibus, faciliùs quam avenam reperiri, & ad pastum adhiberi posse: illud verò aut propter regionis indolem, quod sub isto climate equi huic pastui sint assuefacti, aut propter avenæ defectum fieri. Sicuti in bello sæpius accidit; ubi in casu necessitatis siligine sæpius, nec non stramine à tectis sublato, equi saturantur, id quod ordinario pastui nil quicquam præjudicat.

Quapropter pabulum fœni æquè ac straminis in suo pretio est relinquendum. Fœnum tamen velim adhiberi longum, siccum, aridum, ut & acidum atque gracile, nequaquam verò sicilimentum: Cùm pulmonis & hepatis inflammatione celeriùs infici non possint equi, ac fœno ejusmodi serotino, & nimium obeso; ita ut pessimè agant illi, qui fœnum ejusmodi serotinum, sive sicilimentum concisum, paleis aut pastui immisceri curant.

NB. Mensura de qua supra in pastura lævis pabuli mentio facta erat, intelligenda est de mensura Norimbergensi.

tigen Ländern/ehender als der Haber zu bekommen/ und noch darmit gefüttert werde; Solches geschehe aber entweder / wegen Gebrauch desselben Landes / und daß solches die Roß unter solchem Climate gewohnet/oder aber/daß man gar in Ermangelung deß Habern / wie solches im Krieg sich gar offt zuträget/deß Rocken-Fütterns und anders zum Nothfall nicht aber zum steten Gebrauch sich bedienen / auch öffters das Stroh von den Dächern abnehmen/und denen Pferden frätzen müsse.

Wird also hiermit das Heufüttern so wenig zu verwerffen/als das Stroh gar abzuschaffen seyn; Jedoch soll man auch ein langes/ trockenes/ dürres/ wie auch das faarichte Heu nehmen/und kein Grommet / sintemal an nichts ehender sich die Pferd Lungen- und Leberfaul fressen/als an solchem spaten/wie auch allzufetten Heu; Und thun die jenigen sehr unrecht/ wann sie solch spates Heu / so man Grummet (Oehmt) nennet / ihren Pferden unter den Heckerling schneiden/und also unter das Futter mischen lassen.

NB. Das Mäß / so oben vom glatten Futter gemeldet/solle vom Nürnberger Mäß verstanden werden.

Cap. III.

Quando & quoties intra spatium viginti quatuor horarum equis pastus sit proponendus.

PAstus duplex est: Primus fit ordinariè, secundus extraordinariè. Pastus ordinarius ille est, qui penes equos formatos, corpori Principis vehendo destinatos, jugales, & vectarios, ut & cursuales statuto tempore observatur.

Pastus verò extraordinarius, tunc solet fieri, quando equis corpori vehendo destinatis, jugalibus & vectariis atque cursualibus, antelucana aut nocturna itinera sunt peragenda, nec ordinarium pasturæ tempus observari potest, sed tempus potiùs itineri præfixum leges pastui præscribit.

Ordinarium itaque pastum quantum attinet, adumbrabo eundem ex meâ quidem sententia, quanquam non tribunitiâ autoritate quenquam velim in eum jurare, sed cuilibet in stabulo sibi concredito pro lubitu mutandi potestatem indulgeam.

Hyemali itaque tempestate initium fiat horâ matutina quinta, æstiva verò hora dimidia quarta: cum in hyeme equi formati ante septimam in hippodromum non deducantur, in æstate verò auditâ horâ quintâ in eodem jam parati adstare debeant.

Audita igitur horâ tertia cum dimidiâ, tympanum per equile universum percrepet, fasciculus fœni faliscis equorum intrudatur, substramen excutiatur, mandræ una cum toto stabulo ab omni purgamento munden-

Das III. Capitel.

Wann und wie offt man die Pferd innerhalb 24. Stunden füttern solle.

ES sind zweyerley Fütterungen/ nemlich/ die eine beschiehet ordinariè, die andere extraordinariè. Die Ordinari Fütterung ist/ wann man bey den Schul-Pferden/ Leib-Pferden/ Kutschen und Wagen-Rossen/ wie auch Kleppern/ die gewisse Zeit im Füttern hält.

Die Extraordinari Fütterung beschichet/ wann man mit den Leib-Kutschen / Wagen-Pferden und Kleppern/früh oder spat raisen muß/ da man man sich dann an die Ordinari Fütterung nicht halten kan / sondern die Zeit/wann man verräisen will/in Acht nehmen muß.

Was nun die Ordinari Fütterung betrifft/ will ich zwar eine nach meinem Beduncken allhier setzen / es möge ein jeder in seinem Marstall nach seinem Belieben ändern wie er will.

Solle also erstlich deß Winters um 5. Uhr/ deß Sommers aber um halb 4. Uhr / darmit angefangen werden / Ursachen deß Winters die Schul-Pferd für 7. Uhr nicht auf die Schul kommen/ deß Sommers aber um 5. Uhr schon auf derselben seyn müssen.

Wann dann nun halb 4. Uhr geschlagen/ solle die Trommel durch den gantzen Stall geschlagen / denen Pferden ein Wisch Heu eingestecket/die Streu aufgeschüttelt/die Ständ/wie auch der gantze Stall von aller Unsauberkeit gereiniget werden.

tur: tum pabulum matutinum illis præbeatur, dentatâ strigili purgentur & defricentur, porrò aquatum educantur; pabulum potum excipiens proijciatur, fasciculus fœni clathratis faliscis denuò involvatur, gausapi insternantur, sicque ad horam usque decimam subsistant. Deinde iterum fœni fasciculus, unâ cum pabulo meridiano illis præbeatur, mandræ & totum stabulum sordibus expurgentur.

Vesperi circa quartam horam denuò educantur aquatum, fasciculus fœni faliscis ingeratur, pabulum potum excipiens proijciatur, mandræ purgentur. Hora septimâ substramen equis sternatur, pabulum nocturnum præbeatur, addito majore fœni fasciculo.

Hicque ordinarii pastus modus esset, equis formatis, corpori Principis vehendo destinatis, jugalibus & vectariis, veredisque familiaris. Illâ verò die, qua lectiones in Hippodromo exercentur, ordo pastus quantum equos formatos attinet, paulisper immutatur; Priusquam enim ex Hippodromo in stabulum redeant equi formati, aquatum non educuntur, quapropter pabulum ipsorum hoc modo dispescitur: Primò ex duobus pabulis matutinis conficiatur unicum tantum, nullumque equis fœnum præbeatur; porrò fricentur strigili & ad Hippodromum præparentur. Æstate horâ decima, hyeme undecima fœni fasciculus illis porrigatur. Potum autem quod attinet, æstate hora undecimâ, hyeme duodecima, imò si exercitatio in hippodromo protracta nimis fuerit horâ demum primâ pomeridianâ aquatum educuntur, pòst pabulum ipsis præbetur: quod reliquum est diæta supra proposita interdiu observatur.

Pastus extraordinarius, quotiescunque iter quoddam instet, mutatur: summo mane, meridie, vesperi, media nocte, si pergendum sit, pabulum & aquæ, nulla certa horâ observata, suppeditari possunt.

Circa fœni autem oblationem apprimè notandum est, per diem exiguos fasciculos, per noctem verò majores esse obtrudendos. Et hæc paucula quidem de pastu equorum monitu digna videbantur.

Cap. IV.

De Officio Præfecti Stabulo.

PRæfectus stabulo omnium rerum æquè ac equiso, imo majorem cognitionem habeat; experientiâ polleat egregiâ, fideque & dexteritate officium administret. Minimè verò privato commodo inhiet, aut tyrannica crudelitate in subditos servos sæviat, sed pro meritis tantum eosdem puniat, & ad

den. Darauf gibt man ihnen das Morgenfutter/ strigelt und wischet dieselbe / alsdann tränckt mans/ schüttet das Tränckfutter vor / steckt wieder einen Wisch Heu ein / deckts mit den Stalldecken fleissig zu/ und lässts also stehen bis um 10. Uhr. Dann gibt man wieder einen Wisch Heu / und das Mittagsfutter / säubert darneben die Ständ und den Stall.

Abends um 4. Uhr tränckt man wieder / steckt ihnen ein Wisch Heu / schüttet vor das Tränckfutter / reiniget die Ständ. Um 7. Uhr / machet man ihnen die Streu/ gibt das Nachtfutter / samt einem grössern Wisch Heu.

Und diß wäre insgemein die Ordinari Fütterung / so wol bey Schul- als Leib-Pferd / Kutschen- und Wagen-Rossen / als auch Kleppern; Wann man aber Schul hält/ so wird desselben Tages die Ordnung der Fütterung mit denen Schul-Pferden etwas geändert/ sintemal die Schul-Pferd für der Schul nicht geträncket werden / deßwegen ihr Futter auf diese Weise abgetheilet wird. Erstlich wird aus denen zweyen Morgenfuttern nur eines gemachet/ und kein Heu gegeben/ darauf strigelt man dieselbe / und macht sie auf die Schul fertig. Um 10. Uhr im Sommer / im Winter um 11. Uhr gibt man ihnen ein Wisch Heu / und im Sommer um 11. Uhr / im Winter um 12. ja nach dem man spat geritten/ gar um 1. Uhr werden sie geträncket/ und alsdann bekommen sie das Futter/ im übrigen folget man der ersten Ordnung deß Tags nach.

Die Extraordinari Fütterung wird geändert so offt man räisen will / Morgens frühe / Mittags / Abends / Mitternachts / wann man fort muß/ kan man füttern / träncken / und also hierinnen keine gewisse Stund halten.

Allein ist dieses mit dem Heu stecken auch wol zu beobachten / daß man deß Tages über nur kleine Wisch/ deß Nachts aber den grösten Wisch stecken solle; Und diß wäre also mit wenigem von der Fütterung der Pferd.

Das IV. Capitel.

Deß Stall-Meisters Verrichtung.

EIn Stall-Meister solle in allem was ein Bereuter wissen soll / ja ein mehrers verstehen/ wol erfahren/ seinem Herrn getreu/ nicht eigennützig und kein Tyrann über seine Untergebene seyn/ dieselbe nicht allein nach Verdienst wissen zu straffen / und zur Arbeit anhalten / sondern auch ihren Lohn und was sie bedörffen verschaffen / in allen

laborem compellat. Mercedem autem & reliqua vitæ ſuſtentandæ ſubſidia neceſſaria promptè diſtribuat, pro re nata patrocinium ipſorum ſuſcipiat, ſtabulumque concreditum ſæpius viſitet, & ne quicquam deſideretur, proſpiciat.

allen Fällen ſich ihrer treulich annehmen / und offt in den / ihme anvertrauten Marſtall gehen / um zu ſchauen / wie es darinnen beſchaffen ſeye.

Equiſonis officium partis primæ capite primo ita delineavimus, ut ſuperfluum ſit iſtud repetere.

Deß Bereuters Verrichtung iſt im erſten Capitel deß Erſten Theils dieſes Buchs ſchon beſchrieben / und ohne Noth noch einmal allhier zu ſetzen.

CAP. V.

De Officio Stratoris.

Das V. Capitel.

Was deß Sattelknechts Verrichtung ſeyn ſolle.

1. Singulis diebus mane, imò quoties pabulum equis præbetur, in ſtabulo præſens ſit ſtrator, intentus ſervorum actionibus, equisque corpori Principis ſui vehendo deſtinatis pabulum ipſe præbeat.

1. Solle der Sattelknecht alle Morgen / ja auch allemal bey dem Füttern ſeyn / und zuſchauen / was die Knecht thun / ſeines Herrn Leib-Pferden aber das Futter ſelben vorſchütten.

2. Equos Corpori Principis vehendo deſtinatos ipſemet ſternat, frænet, atque præparet, an ſoleæ vacillent diligenter viſitet, & conſtituto tempore ſoleas affigi curet.

2. Die Leib-Pferd ſelbſt ſatteln / zäumen und fertig machen / auch ihnen fleiſſig nach dem Beſchläg ſehen / und zu rechter Zeit beſchlagen laſſen.

3. Si quid in ſtabulo contigerit, ſine cunctatione Præfecto ſtabulo Equiſonique illud aperiat.

3. Solle er / ſo was im Marſtall vorfällt / es dem Stallmeiſter / wie auch dem Bereuter ehiſtens anzeigen.

4. Ephippia & fræna equorum corpori principis vehendo deſtinatorum ipſe purget mundetque, nequaquam verò ſervis, ſtabulariisque purganda committat.

4. Solle der Sattelknecht die Leib-Sättel und Zäum ſelber butzen und ſäubern / und nicht denen Knechten und Stall-Jungen darüber vertrauen.

5. Equum corpori Domini vehendo deſtinatum ex ſtabulo ipſemet ſemper producat.

5. Solle er das Leib-Pferd ſelbſt allemal aus dem Stall vorführen.

6. Armarium Ephippiorum ſervet illibatum, & eleganti ordine ſingula diſponat.

6. Solle er ſeine Sattel-Cammer rein / und in guter Ordnung halten.

7. Acceptorum & expenſorum accurato inventario ſit inſtructus.

7. Solle er ein ordentliches Inventarium darüber haben / und was eingenommen und ausgegeben wird / fleiſſig aufzeichnen.

8. Nunquam equo corpori Principis vehendo, deſtinato, ephippium imponat aut removeat, quin prius an quicquam ruptum ſolutumq; ſit, ſedulò viſitaverit.

8. Solle er keinmal das Leib-Pferd ſatteln oder abſatteln / er ſolle nach allem dem jenigen fleiſſig ſchauen / ob nichts verbrochen oder mangelhafft ſeye.

9. Nihil inſcio Domino ex Armario Ephippii mutuum elocet.

9. Solle er nichts aus der Sattel-Cammer ohne Befehl hinweg geben oder hinleihen.

10. Neminem niſi qui jus obtinet in armarium ephippiorum introducat, aut toleret, nec in tabernam quandam fumoſam illud commutet.

10. Solle er in die Sattel-Cammer oder Stuben niemand / als welcher hinein gehört / kommen laſſen / und keine Trinck-Stuben daraus machen.

11. Singulis ſeptimanis ſemel ad minimum in hyeme, æſtate verò bis res armario contentas univerſas disquirat, examinetque, an quicquam ruptum aut fragile ſit: quo reperto, equiſoni indicet, reſarciriq; curet.

11. Solle er alle Wochen zum wenigſten im Winter einmal / im Sommer aber zweymal / ſeine Sachen alle in der Sattel-Cammer durchſuchen / und da er etwas Schadhafftes findet / ſolches anzeigen und machen laſſen.

12. Antapocham prætenſionibus opificum reſpondentem conſcribat: ſingulisque menſibus Relectioni rationum opificum interſit, codice ſuo Equiſoni exhibito, ut an rationes opificum conſonent, nec ne, perſpicuum eſſe poſſit: quin imò in omnibus ſuis actionibus fidelis ſit, à ſervitute autem oculorum quàm alieniſſimus.

12. Solle er ein Gegen-Regiſter mit denen Handwercksleuten halten / und alle Monat / wann die Handwercks-Zettel verleſen werden / dabey ſeyn / auch ſolch ſein Gegen-Regiſter den Bereuter ſehen laſſen / obs mit dem Handwercks-Zetteln zutreffe oder nicht / und in allen ſeinen Verrichtungen getreu / und kein Augendiener ſeyn.

Das

CAP. VI.

De Officio Præfecti armaturæ equorum & Curruum.

1. PRæfectus ejusmodi homo sit fidei dexteritatisque exploratæ, industrius, legendi & scribendi peritus.

2. Opificiorum fabri, ephippiarii, lorarii, plaustrarii, restionis, non perfunctoriâ, sed solida peritia imbutus.

3. Armarium Carpentorum, curruumque cottidie diligenter visitet; & si in carpentis, Rhedis, arceris, curribus, pilentis, aut trahis ab equo phaleris, nolis, tintinnabulisque decorato vehendis, quicquam sit confractum, è vestigio Præfecto stabulo, Equisonique significet, ut maturè singula queant resarciri.

4 Quotidie summo mane opificibus & stratore in stabulo præsentibus, itidem adsit præfectus noster, & an ejus opera ulla in re desideretur, circumspiciat.

5. Si quid ab opificibus resartum accipiat, sive expensas ipse faciat, in diario studiose consignet: id sedulò urgens, ut plaustrarius, faber, Ephippiarius & restiarius res resarciendas, aut de novo etiam elaborandas, affabrè factas exhibeant.

Das VI. Capitel.

Deß Geschirr- oder Wagenmeisters Verrichtung.

1. SOlle er eine fleissige und getreue Person seyn/auch schreiben und lesen können.

2. Die Handwercker als den Schmid/Sattler / Riemer / Wagner und Seiler wol verstehen.

3. Das Kutschen- und Wagenhauß täglich fleissig visitiren / und was an Kutschen / Chesen/ Sänfften / Wägen / Caletschen oder Schlitten verbrochen / auf der Stell dem Stallmeister und Bereuter anzeigen/ darmit solches bey Zeiten wieder gemachet werde.

4. Täglich morgends früh / wann der Sattelknecht und die Handwercksleut im Stall sind/ sich auch darinnen finden lassen / und sehen was zu thun gibt.

5. Was er von den Handwercksleuten in seine Händ bekommt / fleissig in sein Manual, wie auch seine Ausgab hinein verzeichnen/ und zuschauen/ daß ihme vom Wagner/ Schmid / Satler und Seiler gute Arbeit verfertiget werde.

CAP. VII.

De Officio Fabri.

1. PRæter ea quæ in tractatu nostro de armentis equinis rectè instituendis, jam monita sunt, faber stabulum diligenter visitet.

2. Equorum curam ipse gerat, medicamentaque ipsemet adhibeat, minimè verò servis suis, aut tyronibus, veterinariam exercendi copiam faciat.

3. Ebrius stabulum nunquam ingrediatur.

4. Pastui semper intersit.

5. Equorum alienorum ægritudine aut quovis vitio laborantium, curam, inscio vel invito Præfecto, aut equisone, curam non suscipiat.

6. Si ferrarii labores, quantum ad carpenta & currus pertinent, ipsi quoq; incumbant, eosdem non perfunctorie, sed solidè perficiat, ne si prima vice vectura instituatur, jaceat

-- -- -- *illic temone revulsus*
Axis, in hâc radii fractarum parte rotarum. Ovid. 2. Metham. v. 316.

posteà verò in mollem ferri materiam culpam transferat: sed bonam ferri substantiam oculis non cœcutientibus coemat; manuque impigra tractet; sic opus ad seros usque nepotes perdurabit.

Das VII. Capitel.

Deß Reitschmids Verrichtung.

UBer das vorige in meinem Stuterey-Buch beschriebene / soll der Reitschmid 1. seinen Marstall fleissig besuchen.

2. Selber die Pferde curiren und Hand anlegen / und keinem Gesellen oder Jungen allein darüber vertrauen.

3. Niemaln vollgetruncken in Stall kommen/ oder bey denen Pferden sich sehen lassen.

4. So offt man füttert/ im Stall seyn.

5. Zu keinem fremden / krancken oder schadhafften Pferde gehen / ohne deß Stallmeisters oder Bereuters Vorwissen und Erlaubniß.

6. Da er die Kutschen- und Wägen-Arbeit dabey hat/ solche bestes Fleisses machen / und nicht nur obenhin hudeln/ daß es verbricht / wann man zum erstenmal darmit fährt / und hernach dem Eisen die Schuld geben/ sondern er solle gut Eisen/ gut Gesicht / und einen unverdrossenen Arm darzu nehmen/ so wird das Werck schon auf die Daur gemacht werden.

7. Singulis mensibus in schedula mercedem laborum suorum, tam carpentorum quam curruum rotas canthis muniendi, sedulò consignet, & ita quidem prætensiones moderetur, ne multa correctione aut deletione opus sit.

CAP. VIII.

De Officio Ephippiarii & lorarii.

1. EPhippiarius & lorarius aulicus, opificii sui notitiam solidam habeant, peregrinationibus acquisitam & auctam. Homo insuper sit uterque industrius & laboriosus.

2. Singulis diebus in stabulum manè descendat, & una cum stratore, Præfecto armaturæ equorum & curruum, servos examinet, num ephippiis, frænis, dorsualibus, frontalibus, avertis, aut carpentis, quicquam desit: deprehensisque rupturis, in officinam sibi afferri, corioque quàm optimo resarciri curet.

3. Membrum septimum capitis præcedentis de fabro sibi etiam dictum putet.

CAP. IX.

De Officio Calcarii.

1. OPificii sui exquisitam notitiam, diuturna experientia roboratam habeat calcarius.

2. Singulis diebus mane stabulum frequentet, præsentibusque reliquis opificibus itidem adsit, visurus quâ in re opera ejus requiratur? Cæterum articulum fabri septimum, ad se quoque pertinere meminerit.

CAP. X.

De Officio Sartoris stabulo Adjuncti.

1. SArtor opificii sui non levi itidem sit præditus notitia, ephippiorum novo panno obductione, gausaporum, stragulorum, tympanorum, phalerarum, dorsualium tegminum, aliorumque tegumentorum lugubrium, curribus supellectili culinari & cubiculari vehendæ destinatis, confectione, excellat.

2. Singulis quoque diebus mane stabulum ingrediatur, interrogaturus an qua piam in re ejus opera sit necessaria.

3. Si quid laborandum repererit, diligenter & alacriter omnia expediat, fragmenta stratori in armario reservanda tradat, nec quicquam furto subducat, & super paragrapho septimo capitis septimi crebras meditationes instituat.

7. Seine Zettel / so woln wegen deß Beschlägs und der Kutschen / wie auch Wagen-Arbeit Monatlich fleissig machen / und also dem Tax nach moderirn / daß man daran nicht viel corrigirens noch Ausstreichens bedarff.

Das VIII. Capitel.

Den Sattler und Riemer betreffend.

1. SOlle der Hof-Sattler und Riemer in seinem Handwerck wol erfahren / gewandert / und darneben ein fleissiger und unverdrossener Mann seyn.

2. Täglich deß Morgens im Stall sich finden lassen / und neben dem Sattelknecht / Geschirr- oder Wagenmeister / die Knechte fragen / was an Zäumen / Satteln / Geschirren / Sihlen und Kutschen verbrochen seye / solches besichtigen / und so dann ihme ins Haus bringen lassen / und solches besten Fleisses mit gutem Leder wieder repariren.

3. Solle in allem sonsten den siebenden Punct in deß Schmids Capitel auch wol observiren.

Das IX. Capitel.

Deß Sporers Verrichtung.

1. SOlle er in seinem Handwerck wol erfahren und gewandert seyn.

2. Alle Morgen in den Stall kommen / wann die andern Handwercksleute darinnen seyn / um / zu sehen / was er für Arbeit bekommt / sonsten den 7. Punct deß Schmids wol in Acht nehmen.

Das X. Capitel.

Deß Stallschneiders Verrichtung.

1. DEr Stallschneider solle in seinem Handwerck auch wol erfahren seyn / und mit den Uberzügen über die Sättel / Pferd-Decken / Hand-Decken / Chaberaquen, Wald-Trappen / Trauer-Decken / Rüstwägen / Cammerwägen- und Trauerwägen-Decken / wol umzugehen wissen.

2. Solle er alle Morgen / wann die Handwercksleut im Stall sind / auch darein kommen / und nachfragen / ob er nichts zu arbeiten hat.

3. Da er Arbeit bekommt / solche fleissig und geschwind verfertigen / die übergebliebene Stücker getreulich in die Sattel-Cammer dem Sattel-Knecht zu verwahren / überliefern / und nichts nach den Mäusen werffen / wie auch den 7. Punct deß Schmids wol observiren.

Cap. XI.

De Ordine in Stabulo observando, quomodo interdiu & noctu in stabulo tempus sit transigendum.

QUamprimum excubitor, qui in stabulo pernoctaverat, æstate circa horam dimidiam quartam matutinam, hyeme quintam, tympanum pulsaverit; congregentur omnes servi reliqui, ora eluant, auditisque matutinis precibus in Nomine Domini opus alacriter auspicentur.

Ut verò manifestum sit, qui nam equi pabulum depasti sint, quotidie servus unus equis formatis, alter cursoribus, rhedarius verò equis rhedariis & jugalibus pabulum præbeat. Alius autem servorum, an pabulum depasti sint, visitet; singulisque adeo diebus instituatur alternatio inter stabularios & rhedarios, ne unicus tantum hoc officio fungatur: Cùm hac ratione omnis pabuli surreptio & mutua æmulatio, quæ omnem tandem bilem in equos effundit, in totum possit sopiri.

2. Quotiescunque pabulum equis præbetur, per totum stabulum pulsetur tympanum, imprimis circa pastum meridianum & vespertinum vexillum etiam agitetur; utriculis, lituis & crembalis, aut deficientibus hisce instrumentis, collario nolis, tintinabulis cymbalisque circumdedito, discrepans sonus excitetur, ut terror & pavor hac ratione equis eximantur.

3. Pannos abstersioni equorum inservientes, servi retineant mundos, equosque quàm diligentissimè strigili purgent, defricent, & gausapiis tegant.

4. Alter alterum in avenæ ventilatione & pabuli mixtura adjuvet

5. Stabularius singulis diebus ♄ (Saturni) ungulis equorũ vaccinũ stercus immittat.

6. Servi semel per septimanam ungulas, præprimis verò circa initium ungulæ, unguento quodam ungularum augmentum promovente, inungant.

7. Per singulos menses, sive per sex ad minimum hebdomadas, aures equorum, luna tamen decrescente, purgentur, in signo nempe ♋ ♌ ♍: in his verò signis, neque capronæ nec jubæ nec caudæ quicquam adimatur.

8. Luna crescente, in signo ♉ ♈ ♋ & ♐ & in Calendario sequentibus signis positis: △♀ △♃ ⚹♀. si quidem augmento jubæ, capronæ, aut caudæ consultum velis, crines aliquantulum decurtentur.

9. Singulis septimanis sex ordinariè equis inducentur recentes calcei ferrei, antequam autem isthæc inductio fiat, pro ungu-

Das XI. Capitel.

Die Stall-Ordnung: Was man Tag und Nacht über in dem Marstall verrichten solle.

SObald die Wach / welche über Nacht im Stall gelegen / im Sommer um halb vier / im Winter um fünff Uhr die Trommel gerühret / sollen die Knechte sich zusammen sammlen / wäschen und den Morgensegen anhören / und darauf ihre gebührende Arbeit in Gottes Namen anfangen.

Darmit man aber wissen möge / welche Pferd ihr Futter aufgefressen haben oder nicht / so solle täglich ein Knecht das Futter denen Schulpferden / wie auch noch ein Knecht denen Kleppern und ein Kutscher denen Kutsch- und Wagenpferden vorschütten; Hergegen ein anderer die Pferde / ob sie aufgefressen haben / visitiren / und solches Futterschütten solle täglich mit den Knechten und Kutschern abgewechselt werden / darmit kein gewisser Knecht solches stäts thue / sintemal hierdurch wird aller Abtrag wegen deß Futters / wie auch aller Neid / so bisweilen ein Knecht zum andern trägt / und solches hernach an den Pferden ausgehen muß / gäntzlich abgethan und benommen.

2. Solle man bey jeder Fütterung durch den gantzen Stall die Trommel rühren / und absonderlich bey der Mittags und Abend-Fütterung noch darzu die Fahnen schwingen / und auf Zwerch- oder Sackpfeiffen und Schalmeyen pfeiffen / oder in Ermanglung dessen / mit einem Halsband von einem Schlitten-Geleut noch darzu schellen / darmit also möglichst die Pferd von dem Scheuen und Schrecken / nach und nach abgewehnet werden.

3. Sollen alle Knecht ihren Wischzeug rein halten / und die Pferd aufs fleissigst strigeln und wischen / und mit den Decken fleissig zudecken.

4. Den Haber und das Futter zu reinigen wie auch zu mischen / sollen sie alle einander helffen.

5. Alle Sambstag ordinariè denen Pferden rev. mit Kühe-Koth einschlagen.

6. Die Wochen einmal denen Pferden die Huff / absonderlich aber um den Preiß wol mit einer Hornsalb salben.

7. Monatlich / oder zum wenigsten alle sechs Wochen / denen Pferden die Ohren ausbutzen / jedoch im abnehmenden Mond / darzu im ♋ / ♌ oder ♍ / aber weder am Schopff / Mähne oder Schweiff in diesen Zeichen etwas abschneiden.

8. Im wachsenden Mond / im ♉ / ♈ / ♋ und ♐ / und wann im Calender diß Zeichen stehet / ∠♀ / △♃ / ⚹♀ / soll man den Pferden / wann man lange Mähne / Schopff oder Schweif ziehen will / etwas daran abschneiden.

9. Alle sechs Wochen die Schulpferd ordinariè frisch beschlagen lassen / für welcher Beschlagung aber / man denen Pferden / nach Befindung

larum conditione, sæpius aut rarius vaccinum stercus soleis imponatur. Cùm ungulæ equorum discrepent: post inductionem autem solearum, unguento ungularum denuò assiduè ungantur.

10. Ephippia ab equis remota diligenter purificentur, æstate sereno cœlo in apricum suspendantur, aut exponantur; hyeme verò in hypocausto equestri eadem siccentur, & postquam probè siccata fuerint, rotundo baculo probè dedolentur.

11. In quocunque stabulo, ultra viginti equi aluntur, duo servi interdiu noctuque perpetuo commorentur: Reliqui autem servi finito prandio aut cœna, in hypocausto equestri continuò versentur, ut quotiescunque eorum opera requiritur, prompti sint & parati.

12. Ex hypocausto isto equestri, execrationes, immoderati lusus, compotationes, rixæ, altercationes, nicotianæ herbæ usus, & scortationes omnimodè exulent, nec ullus fœmineo sexui aditus ad illud patescat.

13. Excubitor in stabulo torali incubet villoso, minimè verò cubilibus plumis infartis, sicuti etiam in tractatu nostro de Equitio armento mentionem fecimus.

14. Servi fræna, si quando sint usurpata, diligenter emundent, siccaque reddant, & in suum locum restituant Catenula autem quæ mentum cingit, solvatur, nec clausa unquam relinquatur.

15. Anteriores equorum pedes, posterioresque leventur sæpius, ut eò magis inductioni solearum ferrearum assuefiant.

16. Ignis in stabulo innocenter habeatur.

17. Si equi fuerint nimis defatigati, aquatum prius non educantur, aut in lacuna refrigerentur, antequam illud à præfecto stabulo aut equisone, servo injungatur, cui mandato morem promptissimè gerat.

18. Mulierculæ ex stabulo ejusque vicinia omninò relegentur.

19. Si vel minima conjectura equum quendam ægrotare, servo sit obvia, è vestigio Præfecto stabulo, aut equisoni indicet, fabrumque adesse jubeat.

20. Quilibet servorum apparatum equis suis necessarium diligenter custodiat, minimè verò si equi sint sternendi, collegæ suo, de apparatu suo quicquam subducat.

21. Quatuor equorum formatorum cura uni servo sufficiat.

22. Servi stabularii robusti sint, & sano temperamento præditi.

23. Servus ebrius nec interdiu nec noctu in stabulo toleretur.

24. Apellæ procul sint à stabulo, equis, atque hippodromo.

der Hüff / offt oder wenig einschlagen solle; sintemal nicht ein Pferd ein Huff wie das andere hat / wie auch nach dem Beschläg die Hüff mit der Horn-Salb wol schmieren.

10. Die Sättel / wann sie von denen Pferden genommen werden / fleissig absäubern / deß Sommers bey schönem Wetter in die Sonne hencken oder legen / deß Winters in die Reuter-Stuben / und wann sie trocken werden / wol mit einem runden Stecken ausklopffen.

11. Sollen Tag und Nacht zwey Personen in jedem Stall / wo über zwantzig Pferd stehen / seyn / und die Wacht haben / auch sollen die übrige Knechte / wann sie daheim gespeiset / deß Tags über beständig in der Reuter-Stuben sich finden lassen / damit wann etwas vorfällt / man sie stracks bey der Hand haben könne.

12. In dieser Reuter-Stuben / wie auch im gantzen Stall / solle man sich alles Fluchens / Fressen / Sauffens / Spielens / Zanckens / Schlagens / Taback trinckens / und rev. Hurens / gäntzlich enthalten / und niemaln keine Weibsbilder darein kommen lassen.

13. Die Wach im Stall solle auf Wüllinen Decken auf Strohe ligen / allermassen in meinem Stuterey-Buch von mir ist beschrieben worden / und auf keinen Feder-Betten.

14. Die Knecht sollen die Zäum / nach deren Gebrauch / fleissig und trocken abwischen / und wo sie hin gehören / verwahren / die Kin-Ketten an denselben aufthun / und nicht zugeschlossen lassen.

15. Den Pferden offt die Füß hinten und vornen aufheben / damit sie sich fein gerne beschlagen lassen.

16. Feuer und Liecht im Stall wol in Acht nehmen.

17. Wo die Pferd starck geritten werden / dieselbe nicht zu frühe träncken / oder ins Wasser reiten / sondern in allem deß Stallmeisters und Bereuters Befehl darüber erwarten / und demselben bestes Fleisses nachkommen.

18. Kein einigs Weibsbild in oder nächst dem Stall leiden.

19. So das geringste einem Pferd fehlet / solches auf der Stell dem Stallmeister oder Bereuter ansagen und den Schmidt darzu holen.

20. Soll ein jeder Knecht sein Zeug so zu seinen Pferden gehörig / wol verwahren / und bey Fertigmachung seiner Pferd / nichts von eines andern Knechts Pferdzeug nehmen.

21. Vier Schulpferd sind genug / einer Person zu warten.

22. Starcke / gesunde Personen sollen in einem Marstall seyn.

23. Kein vollgetrunckener Knecht solle so Tags als Nachts im Stall gelitten werden.

24. Kein Jud solle in Stall oder auf die Reit-Bahn gelassen werden / oder zu denen Pferden kommen.

25. Aqua quæ in potum equis allata est, in hyeme per noctem labris infundatur: equi verò aquâ congelatâ aut glaciaciali neutiquam potentur.

26. Servi detergendo equos, in capita eos non percutiant, nec feriant, cum illis non expostulent, clamitent, aut impetuosis verbis in illos invehantur. Quod si circa caput essent intractabiles, fomentis quasi crebrò eos perstringant, demulceant, ipsis blandiantur, & inter detergendum, manipulũ graminis aut avenæ interdum exhibeant, ut morem se gessisse animadvertant. Nunquam etiam formati equi post exercitationem in hippodromo factam detergantur, priusquam tergo cum posterioribus faliscas respicientes sint alligati.

27. Rhedarii, Præcursores & Cursores à suis collegis non discedant, carpenta, arceras, cisia, currus & trahas pictas, omnemque currulem supellectilem, ut & equorum armaturam, dorsualia, avertas, phalerasque atque helcia, ab omni immunditie purgent, & in nitore conservent, atque si opus fuerit, adipe illiniant.

28. Singulis sejugibus theca quædam itineraria, instrumentis ad inducendas soleas ferreas necessariis referta ut & helix (succula, machina tractoria) addita sit.

29. Præter thecam ad fabrum pertinentem, in itinere ex servis aliquis aliam insuper secum ferat, quæ in stabulo etiam ad omnia quæ forte accidere possunt, parata sit.

30. Ex stabulariis semper tyronum biga ad fabrum mittatur informanda, quomodo equis ferreæ soleæ apposite sint inducendæ: ut absente fabro in casu necessitatis vices ejus gerere & supplere possint.

25. Das Trinck-Wasser solle über Nacht im Winter in den Schäffern stehen/ und die Pferd nicht mit gefrornem Eißwasser geträncket werden.

26. Wann die Knecht die Pferd wischen/ sollen sie dieselbe nicht um die Köpff schlagen / stossen/ mit ihnen poldern/ schreyen / oder böse Wort geben/ und da sie um den Kopff unleidenlich / dieselbe offt mit einem Streich-Tuch streichen / besänfftigen/ und ihnen schön thun / auch bey dieser Arbeit ihnen bisweilen ein Händlein voll Graß oder Habern geben / damit sie mercken lernen/ wann sie recht gethan haben / auch niemaln die Schulpferd nach gehaltener Reitschul wischen/ sie seyen dann herum gehefft.

27. Die Kutscher / Vorreuter und Beylauffer / sollen bey ihren Gespanen fleissig seyn / und die Kutschen/ Sänfften/ Chesen/ Wägen und Schlitten / und womit sie fahren / als auch das Geschirr/ Sihlen/ Kommeter / wol säubern und rein halten/ und da es vonnöthen/ etlichs schmieren.

28. Bey jedem Gespann soll ein Beschlag-Sack mit dem darzu gehörigem Zeug/ wie auch eine Winde seyn.

29. Unter den Reit-Knechten solle auf der Reise / über deß Reit-Schmids seinen Beschlag-Sack/ auch einer einen mitführen / auch derselbige im Marstall zu allen fürfallenden Sachen vorhanden seyn.

30. Sollen in einem Marstall allezeit ein paar Jungen zum Schmidt geschickt werden / damit sie ein Pferd recht beschlagen lernen / und man im Nothfall / da der Schmidt nicht zugegen / jemands bey der Hand habe.

Cap. XII.

De qualitate areæ, in quâ hippodromus & domus equestris, sita est.

MAgnitudo areæ hippodromo tam ad formandos equos, quam ad exercitia equestria celebranda, destinatæ, adeò præcisè definiri non potest, cum sæpius arca voto satis faciens, obvia non sit. Præter propter tamen area equis in gyrum cogendis idonea, longitudine contineat passus centum, latitudine autem sexaginta, aut septuaginta passus includat; in quâ non solùm aliquot equites simul exercere equos possint & instituere, sed & area hujusmodi ad alia exercitia equestria, trajectionem puta hastâ disci, picti capitis & trunci, satis spatiosa futura est.

Domus autem Equestris, in qua non solum formandi sunt equi, sed & exercitia trajectionis disci & capitis tentanda, longitudine ad minimum contineat octoginta, lati-

Das XII. Capitel.

Wie der Platz / da die Renn-Bahn / wie auch das Reithaus / beschaffen seyn solle.

DJe Grösse deß Platzes / allwo die Renn-Bahn/ sowol zu Dressirung der Pferd als auch andern Adelichen Exercitiis, seyn solle / kan so eigentlich nicht beschrieben werden / zumaln man nicht allemal einen Platz haben kan / wie man ihn gern wolte: Ohngefähr aber solle ein Rennplatz / worauf man Pferde tummeln will/ 100. Schritt lang / und 60. oder 70. breit seyn/ auf welchem auch nicht allein etliche Personen auf einmal ihre Pferd exerciren / und arbeiten können/ sondern es wird auch dieser Platz zu andern Ritterlichen Exercitiis, als zum Ring / zur Quintana und Kopffrennen/ groß genug seyn.

Ein Reithaus aber/ worinnen man nicht allein die Pferd dressiren / sondern auch zum Ring- und Kopffrennen will / solle aufs allerwenigst 80. Schritt lang/ und 50. Schritt breit seyn. Ohne

tudine verò quinquaginta passus. Quod si exercitium disci & capitis trajiciendi excludere velles, longitudo quinquaginta, latitudo verò triginta quinq; pedum sufficere posset. Sicut & area, in qua certamina ejusmodi equestria exercenda non essent, eandem longitudinem obtinere posset. Ubique tamen solum tàm domus equestris quàm area hippodromi arenâ silicea strata sit.

Ring aber / und da man kein anders Exercitium haben will/wäre solches wann es 50. Schritt lang/ und 35. Schritt breit seyn würde / groß genug wie auch der Platz / da man keine Rennen darauf haben will/eben der Länge seyn kan. Doch in allem soll der Boden sowol deß Reithauses / als der Rennbahn/ mit gutem Kieß-Sand beschüttet werden.

Quotidiè verò si equi formentur in hippodromo aut domo equestri ignis accendatur, fumus excitetur, sclopeta manuaria crebrò explodantur, tympana pulsentur, vexillumque agitetur. Primò enim equus hoc modo assuesit fumum tolerare; explosio trepidationem aufert, nec formidolosum esse sinit; tympanum generositatem instillat, vexillum autem efficit sensim, ne equi sint prætrepidi.

Man soll aber täglich auf dem Platz oder Reithaus / wann man Schul hält / ein Feur oder Rauch anzünden/ offt schiessen/ und auf der Trommel spielen / wie auch den Fahnen schwingen/ dann von dem ersten lernet das Pferd den Rauch gewohnen/vom Schiessen verleurt es den Schrecken/wird beherzt von der Trommel / vom Fahnen aber lernet es das Scheuen nach und nach vergessen.

Nec obesse posset, si area cancellis esset clausa atque cincta, iidemque diversis coloribus illiniantur, & candida nonnunquã lintea trabibus variegatis suspendi possint, variisque picturis domus equestris ornari: ut hoc modo mira objecta in oculos equorum incurrant quibus omnibus perferendis successive equus assuefiat, nec quicquam posteà sive seriò res ageretur, sive exercitii saltim gratia, extimescat, ut meritò fortunatum dixerim ejusmodi Nobilem cui equus ejusmodi obtigerit, dignissimus certe, qui tanto in pretio habeatur, quanto gemmarum institor gemmam quamcunq; pretiosissimam sive κειμήλιον nobilissimum æstimaverit.

So kan auch nicht schaden / wo der Platz mit Schrancken umfangen / daß solche Schrancken mit vielen Farben angestrichen / wie auch bisweilen weisse Tücher an die Plancken gehängt würden/ wie imgleichen das Reithaus mit unterschiedlichen Gemähldenm gezieret seyn solle ; Damit also denen Pferden viel seltzames unter die Augen käme / wodurch es dann alles gewohnete / und hernach / da es zum Schimpff oder Ernst gebrauchet würde/nichts achtete / was ihme vorkäme ; Und wol dem Cavalier, der ein solches Pferd überkommt ! welches er billich wol in Acht nehmen / und in solchem Werth halten solle / als immer ein Jubilirer einen schönen Stein oder köstliches Kleinod schätzen mag.

Cap. XIII.

De Instrumentis, quorum in hippodromo usus est.

IN Domo equestri in peculiari seclusorio omnia instrumenta, quorum usus in hippodromo est necessarius, asserventur, cujusmodi sunt:

1. Capistrum ex funibus contortum.
2. Lupatum.
3. Lupatum ex fune constans.
4. Gamarra.
5. Machina hispanica.
6. Ferrum prælongum.
7. Lamina rotunda.
8. Stimulus.
9. { Funis longus. / Habenæ quibus equi alligantur. / συναγωγεῖς.
10. Scuticæ vel ex corio vel ex filo ferreo fabræfactæ.
11. Nervi Bovis.
12. Crepitacula lignea.
13. Globuli lignei & opercula oculorum.
14. Stapedes versatiles.
15. Virgæ.

Das XIII. Capitel.

Die Instrumenta, welche man auf einer Reitschul vonnöthen.

IN dem Reithaus sollen auch in einem absonderlichen Behälter darzu verwahret werden alle Instrumenten/welche man nothwendig vonnöthen hat. Als da sind:

1. Strickhalfter oder Springhalfter.
2. Cavezon.
3. Strick-Cavezon.
4. Gamarra.
5. Spannisch Reuter.
6. Das lange Eisen.
7. Das runde Blech.
8. Stachel.
9. { Langes Seil. / Hefft-Zügel. / Bey-Zügel.
10. Peitschen / und Draat-Peitschen.
11. Ochsen-Zähne.
12. Höltzerne Pritschen oder Klatschen.
13. Höltzerne Kugel und Blenden.
14. Schweif-Bügel.
15. Spitz-Ruthen.

16. Stan-

16. Conti, super quibus transiliendo equi exercentur.
17 Lorum Coactorium. conf. N. LXXXIII.

De Capistro ex funibus contorto.

Capistrum ex funibus contortum tribus modis fit. Primò conficitur ex funibus contortis supra nares & infra nares. Supra capistrum hoc ex utroque latere ponitur habena verticaria, ex simplicibus funibus constans; infra autem ex utroque latere alligatoriæ habenæ propendent prælongæ, ex firmis itidem funibus contortæ: in medio superioris partis lupati insertus est annulus firmus ferreus.

Secundò lupatum quidem ex funibus etiam contorquetur, sed ex utroque latere, tam loco habenæ verticariæ ex funibus contortæ, quàm infra nares, coriaceam habet habenam verticariam, annulis ferreis constrictam, sicuti in communibus habenis verticariis fieri solet, adjuncta habens capistra alligatoria ex firmis funibus contorta.

Tertio capistrum ex funibus contortum, ex firmo fune contorquetur, ad formam capistrorum quæ equis ad venaturam volucrum assuefactis, admoventur.

De Lupato, sive Pastomide.

Lupatorum quinque sunt species, quædam enim fiunt ex funibus, quædam ex ferrò in totum, aut saltim ex parte; quædam sunt conchata, quædam non, quædam lupata in parte inferiori, in qua habenæ traijciuntur, rostrata sunt, quædam dentata, & ferreis annulis armata, quibus itidem habenæ inseruntur.

Quædam lupata dicuntur catenata, quia articulis ad formam catenæ mentum cingentis sunt fabrefacta. Quamvis autem hæc lupata in stabulo aut armario ephippiario meritò asserventur, nihilo tamen minus unum vel alterum etiam in domo equestri retineri potest, ut si fortè præter spem quicquam frangatur, quod sæpius accidere solet, illicò aliquid aliud in promptu sit, nec diuturna discursitatio requiratur, donec in manus vel tandem incidat. Effectus itaque singulorum lupatorum breviter subjungamus.

1. Lupatum ferreum catenatum, articulos habet catenæ instar mentum cingentis, aut politos, aut angulatos: usus ejus est juxta capistrum ex funibus contortum, ut pullis equinis applicetur. Lene enim est, annulisque quibus habenæ traijciuntur ad instar reliquorum lupatorum, armatum.

2. Lupatum ex mero ferro & absque rostris fabrefactum, constantiam capitis & colli promovet, industrium tamen & laboriosum equitem postulat.

3. Lupatum ex mero ferro, cum rostris aut dentibus fabrefactum, duriter corrigit,

16. Stangen / worüber die Pferde springen.
17. Sprung-Rieme. Besiehe N. LXXXIII.

Von der Strick- oder Spring-Halfter.

Die Spring-Halffter wird auf dreyerley Manier gemacht. Erstlich wird sie gemacht von zusammen geflochtenen Stricken über die Nasen und unterhalbs / ober welchem auf beyden Seiten das Haupt-Gestell von einfachen Seilern ist / unten aber auf beyden Seiten sind lange Hefft-Zügel / auch von starcken Seilern gemacht / oben mitten auf dem Naaßband ist ein starcker eiserner Ring eingemacht.

Fürs ander / wird das Naaßband zwar auch von Stricken gewunden / hat aber auf beyden Seiten / sowol an statt deß strickenen Haupt-Gestells / wie auch unter der Nasen / ein Ledernes / und wird solches mit Ringen zugemacht / gleich wie an einem gemeinen Haupt-Gestell zu geschehen pfleget / dabey seine starcke Hefft-Zügel von starcken Seilern.

Die dritte Spring-Halffter wird gemacht von einem starcken Seil / in der Form / wie man sonst die Schieß-Halfftern zu den Schieß-Pferden zu machen pfleget.

Von dem Cavezon.

Es sind fünfferley Cavezon und Naaßbänder / dann etliche sind von Stricken / etliche von Eisen gantz oder gebrochen / mit oder ohne Muscheln; etliche Cavezon haben unten / wo die Zügel eingespannt werden / Schnäbel / etliche lange Zincken hinaus mit Ringen / in welche sie ebenmässig die Zügel spannen.

Etliche werden Ketten-Cavezon genandt / dieweiln sie mit Glaichen / wie eine grosse Kin-Ketten / formirt seyn; Weiln aber solche billich in Stall und in die Sattel-Kammer gehören / soll nichts destoweniger auch etwas von denselben in dem Reithaus verwahret werden / damit / wann etwas jähling zerbricht / wie es dann offt zugeschehen pfleget / man alsbald wieder in puncto solches dargegen habe / und nicht allererst lang umlauffen dörffe / bis man solches zur Hand bringe. Wollen derhalben ihre Wirckung in specie setzen.

1. Ein Eiserner Ketten-Cavezon hat Gelaich wie eine Kin-Ketten / glatt oder eckicht / ist nächst dem Strick-Cavezon zu jungen Fohlen gebräuchlich / dann er leiß ist / hat sonst seine Zügel-Ring / wie ein anderer Cavezon.

2. Gantze Cavezon und ohne Schnäbel / machen stät von Kopff und Hals / erfordern aber einen fleissigen und arbeitsamen Reuter / und seyn die besten unter allen.

3. Gantze Cavezon mit Schnäbeln oder Zincken / straffen hart / machen bald empfindlich / wann

sensumque citò afficit: si vero eques pugno non probe exercitatus ea utatur, equus inconstantiæ capitis & colli assuescit. Lupatum hoc ferοculis & juvenilibus equis applicandum non est, cum eodem citò possint depravari aut perdi, nisi pugno immoto utaris.

4. Lupatum ex parte tantum ferreum, cujus medio nulla concha inest, nulli rei inservit, quàm ut inferiùs firmiter clausum equis anhelitum intercipiat, nimis autem laxatum, per nasum ad oculos usq; equi ascendat, omnemque efficaciam amittat.

5. Lupatum ex parte tantum ferreum, & conchatum, si quidem apposite sit fabrefactum, egregium usum præbet equis imprimis naturæ vitio pravâ proportione crassisque capitibus deformatis: acriter exercet, quamvis exercitatissimus etiam requiratur pugnus: aliàs enim equo ad capitis inconstantiam ansam præbueris. Hactenus de lupato ferreo.

De lupato ex fune contorto.

Lupatum ex fune contortum duplicis est generis: sicuti enim in habena verticaria cancellata lupatum ex ferro, sic hoc quod super nares imponitur ex mero fune constat; sed quantum quantum est ex lino fit contortum. Tres ferreos habet annulos, quibus habenæ & longa restis potest inseri: interdum etiam corio obducitur. Lupatum hoc præcipuum est, & omnibus pullis equinis applicandum; tum ut ad tempus chordæ alligati, ad columnam circumagi, tum ut postea equitando exerceri eodem possint.

Alterum lupatum ex fune contortum, ex tortâ constat materia, sicuti rudentes aliàs confici solent, ad formam capistri, quod equis in venatura volucrum induitur, fabrefactum. Lupatum hoc tantæ est efficaciæ, quantam nullum ferreum habere potest, magisque equorum exercitationem facilitat. Non solum enim capitis immobilitatem collique constantiam conciliat, sed & correctionem & velociorem & acriorem importat, quàm ferreum. Pugnus tamen equitis plurimum huc confert, sine quo omnia lupatorum genera frustranea sunt, & efficaciæ expertia.

De Gamarra.

Gamarra vel ex corio, uncis ferreis pennâ munitis, vel ex funibus conficitur. Usurpatur autem illa hunc in modum.

1. Si ex loro constet coriaceo, in utraque ejusdem extremitate uncus pennâ firmatus dependet, qui uncus annulis lupati sive pastomidis inseritur, ad formam unci sclopeti militaris, excepto quod & robore, & rotunditate discrepet; estque teres aliquantisper, & subtili lineâ formatus. In sinistro latere lorum habet obicem, quo dilatari & contrahi possit. Intrinsecè verò inseritur ephippio, & ad utrumque latus clauditur.

wann sie aber keinen Reuter mit einer guten Faust haben/ so machen sie ein Pferd sehr unstät von Kopff und Hals / ist kein Cavezon für widerspenstige und junge Pferd / dann sie dadurch bald können verderbt werden / wo man keine stäte Faust darzu führet.

4. Gebrochener Cavezon, in welchem in der Mitten keine Muschel ist/ ist zu nichts nutz/ als wann man ihn unten vest zumachet/ daß dadurch dem Pferd der Athem benommen wird / läst man ihn dann zu viel lotter / so steigt er dem Pferd über die Nasen bis gegen die Augen hinauf / und hat dann keine Würckung mehr.

5. Gebrochene Cavezon mit Muscheln/ wann sie recht gemacht seyn/ sind sehr gut/ sonderlich für übel gewachsene und dick-köpffichte Pferd / arbeiten scharff / man muß aber auch eine gute Faust dabey haben / widrigen Falls man darmit auch ein Pferd sehr unstät machen kan. Und diß wäre von dem eisernen Cavezon.

Von dem Strick-Cavezon.

Es sind zweyerley Strick-Cavezon, dann gleich wie an einẽ eingefasten Haupt-Gestell der Cavezon von Eisen / als ist dieser erste über die Nasen ein gantzes Sail / aber über und über mit Bindfaden hart gewunden / hat seine drey eisern Ring/ woran man die Zügel und das lange Sail einmachen kan / er wird auch zuweilen mit Leder überzogen. Diß ist der fundamental-Cavezon aller Fohlen / an welchem sie eine Zeitlang sowol bloß am Pilier an der Corde umlauffen / als auch hernach geritten werden sollen.

Der andere Strick-Cavezon ist gemacht von gedrehetem Zeug / allermassen die Sailer auf den Schiffen gemacht werden / und in der Form/ wie sonsten ein Schießhalffter gemacht. Dieser Cavezon hat eine solche Würckung / dergleichen kein Eiserner nimmermehr hat / und ist ein Pferd viel leichter damit zu arbeiten / dann er macht nicht allein stät von Kopff und Hals / sondern man kan auch damit viel geschwinder und härter straffen / als mit dem eisernen / doch muß in allem deß Reuters Faust das beste darbey thun / ausser welcher alle Cavezon an sich selbsten todte Sachen / und ohne Würckung seyn.

Von der Gamarra.

Die Gamarra ist entweder von Leder / mit eisernen Feder-Haken/ oder von Stricken. Dieselbe wird nun auf nachfolgende Weise gebraucht:

1. Wann sie von einem ledernen Riemen/ so ist an beyden Enden desselben ein Feder-Haken gemacht / welchen Feder-Haken man in die Cavezon-Ring einschliesst / hat die Form/ wie ein Carbiner-Haken / ausser daß er mehr so starck und rund/ sondern etwas länglichts und subtil muß gemacht werden / auf der lincken Seiten hat der lederne Riemen ein Schnalle / damit mans weit oder eng machen kan / wird also um den Sattel innwendig gezogen/ und auf den Seiten zugemacht.

2. Si Gamarra constet ex funibus, funis equo super nares, & juxta utrumque oculum, ad habenam verticariam ramorum ducitur, intrinsecè verò firmiter alligatur, vel breviter, vel remissè, pro equitis beneplacito.

2. Ist dieselbe von einem Strick / so wird der Strick dem Pferd um die Nasen herüber/und durch beyde Augen an dem Haupt-Gestell der Stangen gezogen / und innwendig in den Sattel vest gemachet/ lang oder kurtz / nach dem der Reuter es haben will.

3. Cæterum etiam genus quoddam Gamarræ ex longis habenis alligatoriis conficitur. Primò duo annuli ferrei validissimi ex anteriori ephippii parte infra capitulum, ad utrumque ephippii latus ligneis trabeculis firmiter affiguntur. His annulis ad utrumque latus habena longa alligatoria inseritur, eademque postea annulis in pastomide obviis ab infra ingesta traijcitur, quam eques manu capit, equumque pro arbitrio vel attrahendo vel remittendo regit. Has tres Gamarræ species aliquoties equis ipsemet admovi: & quamvis instrumentum sit non contemnendum, cum judicio tamen applicari debet.

3. Sonsten wird auch eine Art der Gamarra von langen Hefft-Zügeln auf diese Form gemacht: Man nagelt erstlich zwey starcke eiserne Ring / fornen innerhalb deß Sattelknopffs an beyde Seiten deß Sattels / in den Baum vest hinein; An diese Ring schnallt man auf jeder Seiten einen langen Cavezon, oder Hefft-Zügel/steckt hernach denselben durch die gewöhnliche Ring am Cavezon, von unten auf / alsdann ziehet man sie durch/ und der Reuter nimt sie hernach in die Hand / damit kan er sein Pferd arbeiten wie er will / ihm Lufft lassen/nehmen und zugeben. Diß sind drey Arten der Gamarren, welche ich bisweilen gebraucht / dann ob es wol ein gut Instrument ist / will es doch mit Verstand gebraucht werden.

De Machina Hispanica.

Vom Spannischen Reuter.

Nihil aliud est instrumentum hoc, quàm ferrum validum, ex utroque latere dentibus longis ferreis, obliquè incurvatis, prominentibusque armatum. Dentes verò illi superius ferreos habent annulos, quibus funes ex pastomide dependentes inseri, firmiterque alligari possunt.

Hoc itaque ferrum ephippio firmissimè infigitur, cùm ingentem vim sustinere cogatur.

Ferrum istud si applicare velis, ephippium illud cui machina hæc hispanica inserta est, equo imponatur, cingulis probè constrictis, & postilenâ superinductâ. Pòst utraque habena pastomidis dentibus (qui aliàs brachia vocantur) incurvatis ferreis alligatur, equusque ad funem longum vinctus, erecto capite in gyrum cogitur: valde enim sursum urget hæc machina, cumque periculi non nihil subsit, cautè tractanda est.

Der Spannische Reuter ist nichts anders/ dann ein starck Eisen / welches auf beyden Seiten lange eiserne auf die Seiten gebogene / jedoch in die Höhe stehende Stangen hat / an welchen Stangen oben eiserne Ring sind/ durch welche man die Cavezon-Strick stecken und vest machen kan.

Diß Eisen wird nun in einen Sattel vest eingemacht/dann es grossen Gewalt leiden muß.

Wann man nun ein Pferd darein spannen will / muß man ihme den Sattel / an welchem der Spannische Reuter angemacht ist / auflegen / und vest angürten / auch dem Pferd ein Hinterzeug anthun/hernach nimt man die beyde Cavezon-Zügel und bindt sie an die beyde eiserne krumme Stangen/ welche sonsten Arm genennet werden / und läst das Pferd an einem langen Sail herum lauffen / es muß ein Pferd den Kopff darinn in die Höhe tragen/dann es sehr übersich arbeitet/ ist aber etwas gefährlich / und muß fürsichtig gebraucht werden.

De Instrumento ferreo longo, ex inventione Frobenianâ.

Von dem langen Eisen / so Herrn Frobenii Invention.

Ferrum illud longum diversæ est longitudinis, aliud duas spithamas longitudine æquat, aliud duas & dimidiam, aliud tres omninò, in transversum verò itidem unam, dimidiamque ad rotunditatem usque, quâ equo infra maxillam pone mentum applicatur, & super nares loro constringitur: infra lorum inseritur coriaceum latum, quod in utroque latere ephippij, ubi antilena aliàs locum habet, firmiter constringitur. Adumbratio hujus ferrei instrumenti talis est.

Das lange Eisen ist unterschiedlicher Länge/ eins ist 2. ein anders dritthalb / etliches gar drey Spannen lang/in die Quer ein Spannen/und dann wieder eine halben lang bis zu der Runde / allwo es dem Pferd unter den Kinbacken hinters Kin gesetzt/und über die Nasen mit einem Riemen zugegürtet wird / unten gehet ein breiter lederner Rieme durch / und wird auf beyden Seiten am Sattel angegürtet / wo sonsten das forder Zeug angegürtet wird/ dessen nachgesetzte Figur ist.

Nobile hoc Experimentum est ad pedum elevationem equo inculcandam, quantacunque vitiosa positura equo insit à natura. Magnâ tamen cum providentia, circumspectione & judicio adhibendum est hoc instrumentum, pugnoque molli & immoto utendum, nisi fœdissimè equum velis perditum.

De Lamina ferrea rotunda.

Lamina ferrea rotunda equis saltatoribus solummodò adhibetur, & ad sequentem Typum præparatur.

Primò lamina præter propter quadrantem digiti, aut dimidium digitum crassitie, rotunditate duos aut tres digitos æquans fabricatur, quæ firmam cochleam in suprema parte habet longitudine digitū, crassitie minimum digitum æquantem, quæ per postilenæ foramen immediatè supra crepidinem equi transmittitur. Huic alia lamina rotunda priori omninò parallela superimponitur, deorsum ad postilenam usque intorquenda, ut firma stet lamina, & postilena in medio utriusque laminæ includatur. Infra laminam inferiorem dentes accuduntur ferrei, aut lima inciduntur, equum in crepidine vulnerantes, hæc prima lamina est.

Altera huic parallela conficitur, excepto quod loco dentium globulos tantum habeat rotundos, eosque minimos, quorum usus est si equus adminiculorum notitiam jam apprehenderit, & vulnera cicatrice jam sint obducta.

Tertia lamina magnitudine dimidium imperialem repræsentat, unico & quidem obtuso mucrone armata.

De Stimulo.

Stimulus non sit ferrum aculeatum fabricatum, nec duarum librarum calcar, quæ instrumenta bellica magis sunt, quam usui in hippodromo aptanda. Sed calcarii operâ ex chalybe exigui aculei, minimi digiti longitudine præter propter, ad formam tenuis acutæque subulæ cudantur, qui deinde perticæ ex corylo, digiti crassitiem repræsentanti, in medullam eò usque infigantur, ut solus aculeus ad mensuram dimidii digiti transversi promineat. Si enim equus calcitrando perti-

Diß ist ein Haupt-Experiment ein Pferd übersich und aus der Erden zu bringen / es seye auch das Pferd gewachsen wie es wolle / doch muß es auch mit gutem Nachdencken / grosser Fürsichtigkeit und Judicio, samt einer leisen und stäten Faust gebraucht werden / anderst man ein Pferd meisterlich damit verderben kan.

Von dem eisernen runden Blech.

Das eiserne runde Blech wird nur zu Springern gebraucht / und auf nachfolgende Form gemacht.

Erstlich schmidet man ein Blech / ungefehr ein Viertel eines Zolls / oder gar halben Zolls dick / in der Runde zwey oder drey Zoll / dieses hat nun oben eines Fingers lang / und eines kleinen Fingers dick eine starcke Schrauben / welche man durch ein Loch deß Hinter-Zeugs gerad ober der Grouppe deß Pferds hindurch schiebet / oben kommt wieder ein dergleichen rund Blech darauf / welches man hinunter bis auf das hinder Zeug schrauben muß / damit das Blech vest stehet / und das hinter Zeug zwischen beyden Blech ist; Unterhalb deß untern Blechs werden starcke Spitzen hinan geschmidet / oder gar darein gefeilet / welches ein Pferd oben auf der Grouppe wund machet: diß wäre nun das erste Blech.

Das andere wird gemacht gleich wie dieses / ausser daß es an statt der Spitzen nur runde kleine Knöpfflein hat / welcher man braucht / wann das Pferd schon der Hülff sich zu gebrauchen weiß / und wieder heil ist.

Das dritte ist eines halben Reichsthaler groß / und hat nur einen stumpffen Spitz.

Von dem Stachel.

Der Stachel soll kein spitzig geschmidet Eisen / oder langer zweypfündiger Sporn seyn / welches vielmehr Instrumenta zum Krieg / als auf eine Reitschul seyn / sondern man läßt ihme bey dem Sporer kleine stähline Stächelein / etwan eines kleinen Fingers lang / und wie eine dünne und spitzige Schuhahlen machen / solche werden hernach in Häseline Stecken / welche so dick als ein Finger sind / so tieff in den Kern gestossen / daß nur der Stachel eines halben Zolls dick herfür kommt / dann so ein Pferd an dieser Stecken oder Stachel einen schlägt / so

cam ejusmodi aut aculeum feriat, perticam aut mediam confringit, aut aculeum saltim extra perticam incurvat, ita ut nullum omninò damnum equo accidere possit, juxta tamen correctio isthæc acris est, & admodum sensibilis.

Si verò Equiso conto longitudine sarissæ respondenti, calcar prælongis aculeis affigat, non solum propter gravitatem equo mensuram, uti decet, semper præbere non potest, sed &, si equus calcitrando in calcar illud crassum acutumque prælongæ perticæ infixum, incidat; unicâ calcitratione tantum malum ungulis attrahere potest, quod non solum per totam vitam durare poterit, sed & præ terrore, quem pertica aculeo armata equo injecerat, ad calcitrationem adigi amplius nunquam poterit.

Stimulus alter priori planè æqualis est, excepto quod manubrium ex corylo factum, longitudine unicam tantum, aut unam cum dimidio spithamam æquare debeat. Quem stimulum eques ad subministrandum adminiculum equo insidens adhibere ipse potest.

De fune longo, capistro alligatorio, & συναγωγεῖ.

Funis longus, quo pulli equorum cursu exercentur, nec crassitie, nec tenuitate, nec longitudine excedat: quia si nimis sit crassus aut prælongus, gravior est, quàm ut commodè ad columnam tractari possit: Si nimis esset tenuis, cito rumpitur; qua propter ex bona constet materia, longitudine quinque aut sex hexapodes, crassitie pollicem æquet, quo modo satis firmus futurus est.

Funem autem ad quem ducuntur equi saltatores, aliquantò leviorem, & multo breviorem esse oportet, ex materia tamen optimâ contortum: habenæ alligatoriæ συναγωγεῖς leves sint, attamen arctè compresseque contortæ; funesque & habenæ in universum omnes corio duplicato validoque in summitatibus sive extremitatibus sint circumdatæ, obiceque ferreo firmiter munitæ.

Habenæ verò pastomidis in universum sint rotundæ, minimè verò ex cingulo lato intricatæ: rotundæ enim habenæ equitis pugno robur inducunt.

De Scuticâ.

In hippodromo scuticæ triplicis formæ occurrunt.

1. Adsit scutica ingens, & longa, loris duobus constans latis, iisque coriaceis, in medio superioris partis invicem implicatis; aut scutica hæc ex diversis loris sit contorta.

2. Scutica parva, quæ levior sit.

3. Scutica ex filo ferreo aut annulis fabrefacta. Scutica ex filo ferreo nomen habens

so schlägts entweder den Stecken entzwey / oder krümmt den Stachel aus dem Stecken / kan also hiermit dem Pferd einiger Schad nicht geschehen / und ist doch darneben eine harte empfindliche Straff.

Wann aber ein Bereuter ein langen Spitzer-Sporn an einer langen Piquen-Stangen hat / kan er erstlich wegen derselben Schwere das Tempo den Pferden nicht allemal wie sichs gebühret / geben / fürs ander streicht ein Pferd an den langen dicken Stachel oder Sporn / welcher an die langen Piquenstangen angemacht ist / so kan sich das Pferd auf einem Streich an dem Huff oder in der Sohlen verderben / daß sein Lebtag ihme nicht allein schaden kan / sondern es wird für Forcht der Stangen nimmermehr zum Schlagen zu bringen seyn.

Der andere Stachel ist wie der erste / ausser daß der Stiel von Häselin Holtz dann nur ein oder anderthalb Spannen lang seyn soll / welchen der Reuter auf dem Pferd selbsten um die Hülffe darmit zu geben brauchen kan.

Vom langen Sail / Hefft- und Bey-Zügel.

Ein langes Sail / daran man die Fohlen lauffen läst / soll auch nicht zu dick oder zu dünn / oder zu lang seyn / Ursachen / ist es zu dick und zu lang / so ist es schwer am Pilier zu führen / ist es zu dünn / so bricht es gar bald entzwey / derhalben soll es von gutem Zeug / und fünff bis sechs Klaffter lang / und eines Daumens dick seyn / so ist es starck genug. Ein Sail aber Springer daran zu führen / muß etwas leichters / und viel kürtzer seyn / doch darneben von gutem Zeug gearbeitet.

Die Hefft- und Bey-Zügel / alle fein leicht / doch wol gemacht / und alle insgesamt Sailer und Zügel mit gutem starckem doppeltem Leder fornen wol eingefasset / und mit einer starcken eisernen Schnallen verwahret seyn.

Was aber Cavezon Zügel seynd / sollen sie alle fein rund / und nicht von breitem geflochtenem Gurt seyn / dann diese Runden fein eine starcke Faust dem Reuter machen.

Von der Peitschen.

Der Peitschen sollen dreyerley auf einer Reit-Schul seyn:

1. Solle eine grosse lange Peitschen seyn / mit zweyen braiten ledernen Riemen / welche oberhalbs der Mitten durcheinander gestreckt seyn / oder von unterschiedenen Riemen rund geflochten.

2. Ein kleine Peitschen welche fein leicht ist.

3. Eine Draatpeitschen oder von Ringen / die Draatpeitschen wird von einer starcken Saiten

 gemacht /

conficitur ex chorda compacta circumdata filo vel ex orichalco, vel ex cupro facto, nexibus nodisque compluribus in semetipsos arctè implicatis. Scutica ab annulis denominata ex unica constat chorda, quæ inferius annulos aliquot ex orichalco factos in mitellam inserit. Manubrium hujus scuticæ longitudine æquat spithamas duas cum dimidia, & ab ipso equite usurpatur.

De nervo Bovis, & virgultis.

Nervus bovis validus fit & lentus, usuique pullorum aptatus. Virgulta ex betulis minoribus desumantur, utroque in domo equestri asservato.

De crepitaculo ligneo.

Crepitaculum præterea magnum & parvum ex ligno factum in domo equestri custodiatur, prælongo manubrio utrumque instructum, ut postulante necessitate in certis lectionibus, equis saltatoribus applicari possint.

De globulis ligneis, & oculorum operculis.

Tres globuli lignei loro intrinsecè setis dorcadum infarto, aptantur, suffraginibusque equorum applicantur: quapropter inter alia unà cum operimentis oculorum, in domo equestri asserventur.

De stapedibus versatilibus.

Hi in domo equestri itidem custodiantur, nec ulli Tyroni, quamdiu hippodromum frequentaverit, aliis stapedibus uti, licentia detur.

De loro coactorio, constantiam capitis equini promovente.

Lorum coactorium, ex bono corio conficiatur & valido, eoque duplicato, annulisque firmis apprimè roboretur, ne rumpatur, & ut pro re nata vel abbreviari vel prolongari queat.

De Contis supra quos transilire coguntur equi.

Biga insuper contorum levium in domo equestri custodiatur, fulcris imponenda, ut equi eos transilire cogi possint. Fulcra autem ista ad latus sint perforata necesse est, ut conti vel exaltari, vel humum versus dirigi possint. Fulcra ista insuper facilè collabantur.

gemacht / um welche ein Messinger oder küpfferner Draat dicht aneinander gewunden ist. Die Ringpeitschen / ist nur eine Säiten / an welcher unten etliche Messinge Ringlein in eine Schlaiffen gemacht sind. Der Stiel dieser Peitschen ist dritthalb Spannen lang / wird vom Reuter zu Pferd gebraucht.

Von dem Ochsenzähn und Spitzruten.

Dieser solle fein starck und zehe seyn / um / denselben zu den jungen Fohlen zu gebrauchen. Die Spitzruten von jungen Bircken geschnitten / und beyde im Reithaus verwahret werden.

Von der hölzernen Pritschen.

Es solle auch eine grosse und eine kleine Klatschen oder Pritschen von Holtz / mit einem langen Stiel im Reithaus seyn / um / solche bey den Springern / in gewisser Lection zu gebrauchen.

Von denen hölzernen Kugeln und Blenden.

Dieser werden drey an einem Riemen / welcher innwendig mit Rehehaar gefüttert seyn solle / dem Pferd unten an die Fessel gelegt / deßwegen sie auch bey andern Sachen im Reithaus / nebenst denen Blenden seyn sollen.

Von den Schwaifbügeln.

Diese werden auch im Reithaus verwahrt / und soll kein Scholar, so lang er auf der Reitschul ist / in andern Bügeln reiten.

Von dem Sprung-Riemen.

Der Sprung-Riemen solle von gutem starckem und doppeltem Leder gemacht / und mit starcken Ringen wol vermacht seyn / darmit er vest halte / und auf den Fall man denselben kürtzer oder länger machen könne.

Von den Stangen worüber man ein Pferd springen lehrt.

Es sollen auch ein paar leichte Stangen im Reithaus seyn / welche auf Böcke können gelegt werden / darmit man ein Pferd darüber springen könne / es müssen aber solche Böcke neben her gemacht seyn / daß man die Stangen hoch / und niederig richten kan / auch sollen die Böcke gerne umfallen.

Das

Cap. XIV.

Quomodo Equiso equi indolem primò debeat cognoscere, ut eo quo decet modo tractare eundem postmodum possit.

SI pullus aut equus qualiscunque alius hippodromum ingrediatur, ante omnia colorem observet equiso, judiciumque suum formet, atque secundum illud equum tractet. Quoniam verò equorum colores signacula candida & verticilli, una cum proprietatibus & affectibus suis in libro meo de Equitio armento feliciter instituendo, satis superque descripti sunt, illa repetere duco superfluum, sed lectorem eô volo remissum. Ubi deprehendet, quinam colores, robur, velocitatem aut tarditatem, iram aut mansuetudinem, generositatem aut timiditatem præsagiant.

Secundò staturam, caput, collum, dorsum, pectus, femora, genua, ungulas & anhelitum observet, ut hac cognitione impetrata, modo huic modo illi malo obstare, medericque possit. Accuratè enim cujuslibet equi indolem perspectam habeat: fervidum & iracundum frigidè & lenissimè, pigrum verò tardumque alacriter tractet, hâc tamen etiam cautela adhibita, ut insimul disquirat, an ex defectu virium aut anhelitus equus peccet, ne nimiâ correctione innocens plectatur.

Das XIV. Capitel.

Wie ein Bereuter deß Pferds Natur erstlich solle erkennen/ darmit er hernach dasselbe gebührlich zu tractiren wisse.

Furs allererst soll ein Bereuter / wann ihme ein Fohl oder ander Pferd auf die Reit-Schul kommt / dessen Farben betrachten/ sein Judicium darüber fällen / und denselben darnach tractiren / dieweil aber die Farben der Pferd/ wie auch die weissen Zeichen und Wirbel/ samt deroselben Eigenschafften und Würckungen von mir schon in meinem Stuterey-Buch zur Gnüge beschrieben/ als erachte ich ohne Noth zu seyn/ solches noch einmal zu repetiren / sondern den günstigen Leser dahin gewiesen haben will / so wird er schon finden / welche Farben zur Stärck/ Geschwindigkeit oder Trägheit: Item zum Zorn oder Sanfftmut/ Hertzhafftigkeit oder Forcht geneigt seye.

Fürs ander solle er auch desselben Gewächs/ Kopff/ Hals / Rücken/ Brust/ Schenckel / Knie/ Hüff und Athem observiren / damit er in diesem Stück/ bald diesem / bald jenem Fehler begegnen/ und denselben verbessern könne / muß sich also gar eigentlich nach eines jeden Pferds Humor richten/ dann ein hitziges und zorniges Pferd muß man kaltsinnig/ und mit höchster Gedult/ ein träges und fau- les / aber etwas hitziger tractiren / doch solle man aber zuschauen / obs das Pferd aus Mangel der Stärcke oder Athem thue / damit ihme auch nicht Unrecht oder zu viel geschehe.

Cap. XV.

Quamdiu equus in hippodromo sit exercendus, donec perfectè sit formatus.

QUæstio hæc absurda ferè & tantum non puerilis videri posset. Quoniam verò plurimi occurrunt homines, qui sibi persuadent, equum intra certum definitumque quoddam temporis spatium formari commodè posse: sicuti in hâc quoque hæresi hærebat rusticus ille, filium ex agro ad Doctorem quendam adducens, additâ petitione, ut illicò ex isto ligno Mercurium sibi fingat, quo cum domùm statim iterum remeare posset. Ita etiam quæstioni huic paucis, solidè tamen satisfaciam.

Primò quidem impossibile est, velle certum tempus definire, cum indoles non secus equis ac pueris insit quā diversissima: In ludo enim literario discipulum reperias capaci ingenio non præditum, invenias etiam capacem quidem sed obliviosum: unus mitis est atque tractabilis, alter iracundus: alius ingenuus, alius versipellis; alius melancholiâ laborat, alius sanguineus est & festivus. Huic acre inest ingenium, isti stupiditas & mera

Das XV. Capitel.

Wie lang ein Pferd auf der Reitschul kan gelassen werden / bis es völlig dressirt ist.

DIß ist eine sehr wunderliche und fast kindische Frage/ dieweiln es aber nur gar zu viel Leute gibt / welche ihnen einbilden / daß es auf eine gewisse und bestimmte Zeit gar wol geschehen könne / gleich wie jener Baur gethan / welcher seinen Sohn vom Acker hinweg genommen/ und zu einem Doctor gebracht / daß er ihn auch solle zum Doctor machen / er solle aber fein bald mit ihme fertig werden / daß er den Doctor wieder mit nach Haus nehmen köndte. Also solle allhier diese Frage mit wenigem / doch nothwendig / beantwortet werden.

Erstlich / so ist solches unmöglich zu sagen/ dann die Pferd so vielerley Humor unterworffen/ als die Schuler in einer Schul. Dann einer hat kein gut Ingenium zum Fassen ; der ander fasst leicht / ist aber wieder leicht vergessen; einer sanfftmütig/ der ander zornig; einer treu/ der ander heimtückisch; einer ist melancholisch der ander lustig und freudig; einer hat einen scharffen Verstand / der ander ist dumm/ oder gar ein Narr ; Diese Tugenden und Laster alle haben die Pferde auch an sich / deß-

inhæret ſtoliditas. Easdem virtutes & vitia in equis itidem deprehendas licet. Qua propter equiſo inſtar Præceptoris equorum captui ſeſe accommodet, & juxta eundem eosdem tractet; nec cuiquam certum temporis ſpatium præſcribat.

Secundò homines invenias ab equiſone omnium lectionum equis ſuis notitiam violentâ efflagitatione ſollicitantes, tam earum ſcilicet quæ ad terram, quam earum quæ ſupra terram fieri ſolent, id quod oppidò impoſſibile. Quisquis enim iſtud, utpote ſanæ rationi è diametro contrarium, tentaverit, & oleum & operam perdet. Quanquam enim interdum equum reperias bonæ indolis & virium ſatis validarum, qui Galoppum, Redoppum, Courvettas, finitaque Parada Capriolas quasdam exhibeat, fruſtra tamen ab omnibus illud ſperaveris, ut reliquas lectiones ſilentii peplo involvam, atque prætercam.

Quapropter juxta facultates, quas in equo deprehendet equiſo, eundem tractet, nec vires ejus in caſſum frangat, ſed promptitudini aſſuefaciat, ut iis uſibus, quorum gratiâ in hippodromum ablegatus eſt, inſervire, lectionesque ad quas naturæ beneficio atque inſtinctu propendet, addiſcere poſſit.

Cap. XVI.

Attributa equorum formandorum exhibet.

EQuus in hippodromo formandus, ſanus ſit, rectus, minimè verò cholericus: ætatem quod concernit, annum quintum, qui perfecta equorum ætas eſt, vel jam ſit egreſſus: (ſi quidem antequam quintum annum egrediatur, pullus ſaltim vocetur) aut quartum ad minimum & dimidium annum attigerit neceſſe eſt.

Id quod penes omnes Aſiæ Africæque populos per multa ſecula, & adhuc dum hodie more receptum eſt, qui ſæpius ante annum ſeptimum equum non conſcendunt, nec malè quidem: Imitantur hos hodienum etiam Itali, Hiſpani, Poloni, Moſcovitæ & Tartari, qui equis non niſi quinque aut ſex annorum in hippodromo vel exercitiis equeſtribus, bello, aut perennibus laboribus utuntur.

Poſt 5. enim demum annum fit equus, elapſis dentibus, qui pullis creſcere conſueverunt, aliis in eorum locum ſurrogatis, corpus ex omni parte abſolutum redditur, oſſa & tali firmantur, medullaque oſſium jam roborata eſt, ut audacter ejusmodi equus in poſterum laboribus exantlandis adhiberi poſſit.

Si verò antequam quintum ætatis annum compleverit, moleſtioribus laboribus

wegen ein Bereuter ſich in dieſelben/ wie ein Schulmeiſter in ſeine Schuler richten/ und ſie darnach tractiren muß/ und keinem kane abſonderliche Zeit hievon ſagen kan.

Fürs andere/ ſo gibts auch Leut/ die mit Gewalt wollen/ ein Bereuter ſolle ihre Pferd alle Lectiones lehren/ ſowoln terre à terre, als par haut, ſo aber wieder nicht ſeyn kan/ und wer diß thun will/ derſelbige wird einen Brey mit dem andern verderben/ dañ ſolches gar nicht raiſonable, ob man ſchon bisweilen ein Pferd von gutem Humor und Vermögen findet/ das ſeinen Galopp, Redopp, nebenſt denen Courvetten/ und auf die Parada etliche Capriolen machen thäte/ ſo thun ſie es doch nicht alle/ will geſchweigen/ noch die übrigen Schulen darzu.

Solle derowegen ein Bereuter das Pferd/ wie er es findet/ daß ſein Vermögen ausweiſet/ darnach tractiren/ und es bey gutem Vermögen und Willen erhalten/ damit mans zu dem brauchen könne/ um welches es auf die Reit-Schul iſt geſchicket worden/ und zu welcher Lection es auch von Natur inclinirt iſt.

Das XVI. Capitel.

Was man für Pferd auf die Reitſchul zum dreſſiren bringen ſolle.

EIn Pferd/ welches man auf die Reitſchul zum Dreſſiren bringen will/ ſolle geſund/ gerad/ und kein Cholerer ſeyn/ auch der Ordnung nach/ entweder das vollkömmliche Alter eines Pferds/ das iſt/ das fünffte Jahr zuruck geleget/ (ſintemal vor dem 5. Jahr es nur ein Fohl genennet wird/) oder zum allerwenigſten das vierdte Jahr/ ſamt noch einem halben/ erreichet haben.

Welches auch nicht allein alle Aſiatiſche und Africaniſche Nationen für vielen undencklichen Jahren gethan/ und noch thun/ ja wol gar für dem ſiebenden Jahr kein Pferd beſchreiten laſſen/ welches auch nicht unrecht iſt/ ſondern es practiciren noch heutigs Tags neben ihnen ſolches die Italiäner/ Spannier/ Polen/ Moſcowitter und Tartarn/ daß ſie kein Pferd unter fünff oder ſechs Jahren auf die Reit-Schul/ oder ſonſt ihren Ritterlichen Exercitiis, wie auch zum Krieg und ſtäten Arbeit/ gebrauchen.

Dann nach dem fünfften Jahr/ ſo das Pferd abgeſchoben hat/ wird es allererſt ein Pferd/ der gantze Leib vollkommen/ ſeine Beiner und Knochen veſt/ worinnen das Marck erſtarcket iſt/ und ſolches Pferd hinfüro ohne Scheu zur Arbeit zu gebrauchen iſt.

Wofern es aber vor dem fünfften Jahr zu ſtrenger Arbeit genommen wird/ ſo wirds vor der

infeſtetur, præmaturâ talorum, femorum & nervorum corruptione ita afficitur, ut per cunctos vitæ dies ſit incurabilis.

Et hinc quidem illæ lachrymæ, quod inter tot millia equorum Ruſticorum (qui ſi vellent attendere egregios etiam variisque laboribus perferendis idoneos equos educare poſſent) tam pauci reperiantur recti, & ab omni vitio immunes; nulla enim alia culpa ſubeſt, quàm quod nimis præmaturè, anno ſcilicet ſecundo, tertio aut quarto, aratro adſtringantur, aliisque laboribus difficillimis obruantur.

Verum enim verò excipiat aliquis, tempus iſtud hoc modo nimis extendi, nec tamdiu equo parcendum eſſe, ſi quidem ſumptus hâc ratione nimis augeantur: More inſuper apud omnes nationes receptum eſſe, ut in præcipuis hippodromis initium equitationis & exercitationis capiatur ab anno tertio, aut tertio & dimidio; tunc temporis enim cervicem adhuc eſſe teneram, facileque flexibilem, id quod poſtmodum, ſi ad maturam ætatem equus devenerit, fieri amplius nullatenus poſſit. Cùm illa ætate cervix nimium rigeat, flectique amplius non poſſit.

Verùm retorqueo reſponſionis loco, primò, ſumptus quod concernit, ſi equus poſtmodum vendatur, eos facilè eſſe reparabiles: aut ſi proprietarius equi Dominus equi iſtius miniſterio utatur, ſumptuum rationem jam exſpiraſſe, cùm loco manci, rectum integrumque recuperet.

Secundò, licet plurimis in locis uſu veniat, ut equi anno tertio aut dimidio quarto exerceantur, tali tamen præmaturè corrumpuntur, equusque ad deſperationem adigitur, ut adeò abuſus ejusmodi minimè ſit approbandus: cùm in moroſorum, difficiliumque hominum manus plerumque incidat ejusmodi equus, cerebro non magis præditorum quàm lactis ex ſilice elicias; nec habita ratione virium aut indolis diris modis tamdiu equum divexantium, donec tandem probe excarnificatum atque maceratum, Domino remittant, cauſſantes ad hippodromum minus aptum eſſe, currui aut carrucæ poſſe jugari, aut divendi, tunc ſcilicet omnium lectionum peritiâ equus excellit.

Nequaquam tamen hanc mihi affingi velim ſententiam, quaſi in ea ſim opinione, impoſſibile eſſe, ut equus anno tertio aut dimidio quarto productus, ad aliqualem perfectionem perduci poſſit, verum enimverò pullus ejusmodi ſi eo quo decet modo & ex fundamento artis tractare eum velis, nimium temporis ſpatium requirit.

Primò enim pullo ejusmodi ad funem aliquamdiu eſt circumcurſitandum, pòſt Paſtinæ (ephippio ſtramine infarto) aſſueſcat, deinde ſpontè equitem ſuſcipiat & deſcen-

Zeit auf ſeinen Knochen / Beinen und Nerven dermaſſen verderbet / ſo ihme ſein Lebenlang anhänget / und nimmer zu curiren.

Und dahero kommt es / daß unter ſo viel tauſend Pferden bey den Bauren / (welche doch / wann ſie es in Acht nehmen / gute und zu allerhand Arbeit taugliche Pferd ziehen könten /) ſo wenig gerade oder unmangelhaffte Pferd gefunden werden / nur bloß und allein um der Urſach willen / daß ſie es allzufrüh / im andern / dritten und vierdten Jahr / ſchon anſpannen / und ſonſten zu allerhand Arbeit gebrauchen.

Es möchte mir aber jemand in dieſem Stuck vorhalten / daß es gar zu lang damit gewartet wäre / wann man ein Pferd ſo lang ſchonen ſolte / ſintemal es gar zu groſſe Unkoſten machen würde / zu deme ſey es ja Land-bräuchlich / daß man ſie auch auf den allervornehmſtẽ Reitſchulen / nach drey oder vierdthalb Jahren / ſchon anfange zu reiten und zu arbeiten / dann um dieſelbe Zeit ſeye dem Pferd der Hals noch etwas zart / und könne man ihme denſelben deſto beſſer brechen / welches darnach nimmer ſeyn könne / wann das Pferd zu perfectem Alter kommen würde / dann conſequenter der Hals zu ſtarr / und nicht mehr zu gewinnen / ja alsdann darzu doppelte Mühe koſten würde.

Demſelbigen gebe ich zur Antwort / was erſtlich den Unkoſten betrifft / wird das Pferd ſchon wieder herein bringen / wanns entweder ſolte verkaufft werden / oder der jenige dems zuſtändig / zu ſeinen Dienſten gebrauchen wird / indeme er ein gerades für ein krummes Pferd zu reiten.

Fürs ander / daß an vielen Orten üblich / die Pferd im dritten und vierdthalben Jahr zureiten / und alſo die Knochen bey Zeiten zu ruiniren / das Pferd deſperat zu machen / iſt darum nichts deſto beſſer / indeme es manchem Polderer in die Hãnd kommt / welcher ſo viel Judicium in ſeinem Hirn hat / als Milch in einem Kiſelſtein zu finden / und ſolches unerachtet ſeiner Kräfften und Humors dermaſſen tractiret / daß mans auf die Letzt ſeinem Herrn wol abgeritten / wieder heimſchicket / und es heiſſet / es ſeye nicht tauglich auf die Reitſchul / man ſolls in Wagen oder Karren ſpannen / oder verkauffen / und dann iſt das Pferd in ſeinen Schulen im Karren perfect.

Daß es aber nicht möglich ſeye aus einem Pferd / ſo es vierdhalb jährig aufgeſtellet würde / etwas gutes zu bringen / iſt nicht meine Meinung / es kommen aber ſolche Pferd gar zu langſam hinaus / bevorab wann man recht mit umgehen / und dieſelbe dem rechten Gebrauch nach tractiren will.

Dann erſtlich muß ein ſolcher Fohl am Sail eine Zeit lauffen / darnach der Paſtinen gewohnen / letzlichen den Reuter gerne laſſen auf- und abſitzen / und ſich dann gar laſſen reiten / hernach fängt man ihn

dere patiatur, tandemque ipsam equitationem sustineat. Posteà, exercitando, succussando, gradum sistendo, ambulando, modicè saltim & moderatè fatigetur.

Porrò transitus fiat ad Galoppum, ad quem tamen equiso nisi mandato Domini equi proprietarii (quod extra culpam equisonem constituit) ante annum quintum non progrediatur. Hoc modo si sensim & paulatim procedat equiso, concesserim. Equiti tamen quotidiè non nihil ex herba PATIENTIÆ decerpendum est, secus & ipsi & Domino equi proprietario spatium illud anni & dimidii, ab anno scilicet dimidio quarto ad quintum usque, nimis tædiosum futurum est.

Tertiò illa quorundam sententia, ac si præmatura ista equitatio equum ad omnia promptiorem reddat, cervicemque rigentem flexibiliorem faciat, omninò falsa atque erronea, imò tantum non inversa atque perversa est. Quantum enim præmaturam exercitationem attinet, si suâ sponte eandem equus sustinet, ab initio facilè patescet; postea verò, si ultra vires equiso pullum urserit, tergiversabitur, si severiùs corrigat, perversitatibus atque malitiæ indulget, reluctabitur, retrogredietur, erumpet, immobilis in iisdem vestigiis perstabit, concidet in terram, calcitrabit, aliisque vitiis obnoxius evadet; ad quæ si semel connixeris, jam conclamatum erit, & omnis spes ulteriorum profectuum sepulta. Quinimò nonnunquam accidit, cujus quidem rei etiam physicæ causæ proferri possunt, ut quamvis ab initio pullus spem egregiam de se diffundat, successu tamen temporis, quando dentes emittit, languescat & torpescat; cujus rei vera causa imprudenti cuidam indagatu difficilis est, quippe qui existimat, malitiam tantum aut pigritiam in culpa esse; proinde scutica, calcaribus & virga diris modis pullum excruciat atque diverberat.

Quoniam itaque tunc temporis per totum equi corpus, per omnes vires atque facultates, minimè verò (ut Idiota frivole atq; futiliter argutatur) in dentibus saltim maxima alteratio oritur, insimul etiam rigida ista ab eiqusone correctione plectitur, ineluctabilia illa inde damna propullulant, ut funditus equus corrumpatur, omnes facultates viresque amittat, generositas præcipitio atque supinatione debilitetur & perturbetur, ut in eam tandem obstinatam indurationem ruat, ex qua proximus gradus fit ad surditatem cholericam, equusque paulatim reddatur stupidus, quæ stupiditas per totam postea vitam omnem omninò medelam respuit.

Si itaque pullum ejusmodi omninò equitationi assuescere animus esset, optima tractationis methodus esset illa, cujus supra in hoc capite mentio jam facta est: aut si minus

ihn an zu arbeiten / und zu trottirn / pariren / und zu spacissiren / doch alles mit gewisser Maaß und nicht zu viel;

Alsdann zu galoppiren / welches galoppiren aber nimmermehr kein rechtschaffener Bereuter für sich selben / es wolte es dann der Herr / deme das Pferd zuständig / also haben / also er dißfalls aufs beste entschuldiget ist / seinem Pferd für dem fünfften Jahr zumuthen solle. Wann man also sittsam mit dem Pferd umgehet / gib ich diese Weiß auch zu / allein der Reuter muß täglichen etwas von dem Kräutlein Patientia geniessen / sonsten werden ihme und dem Herrn dem das Pferd zuständig / die anderthalb Jahr / als von vierdthalb Jahren bis zu fünff Jahren gar zu lang werden.

Drittens / daß etliche meinen / daß hierdurch durch das allzufrühe Reiten / das Pferd zu allem desto williger / und ihme der starrende Hals gebrochen werde / ist das blosse Contrarium, dann anlangend das frühe Anstrengen / wann man ein Pferd allzufrühe anstrengete / bevorab wanns an ihme selber Lust hat / wird es sich anfänglich wol weisen / hernach aber wann der Reuter / mehr als sein Vermögen ist / von ihme begehren wird / wird es sich wehren / tractirt mans dannoch scharff / so lernts Schelmenstücke / als da ist bäumen / zuruck kriechen / ausreissen / stockstill stehen / niederlegen / schlagen und andere Laster / läst man ihms dann nur einmal zu / so ists schon gethan / und hat ausgelernet; Ja es geschiehet auch / und ist natürlich / daß ob sich schon ein Pferd wol anlässet / kommt aber die Zeit / daß es die Zähne schiebt / oder bricht / so wirds matt und faul / daß mancher Unverständiger nicht weiß / was dem Pferd ist / vermeint es seye aus Boßheit oder Faulheit / tractirs aufs schärffste mit Peitschen / Sporn und Spitzruten.

Weil dann eben zu der Zeit die Natur die gröste Alteration in deß Pferds seinem gantzen Leibes-Vermögen und Geist verursachet / und nicht an den Zähnen / (wie ihme mancher Unverständiger einbildet) darneben aber diese scharffe Tractation von dem Bereuter bekommet / so ist das allererste Accidens, daß das Pferd dardurch auf allen Vieren ruinirt wird / dardurch es seine Kräfften miteinander verliert / sein Geist oder Hertzhafftigkeit durch das Uberschlagen geschwächt und verwirret wird / daß es dardurch eine hartnäckige Verstockung überkommt / woraus dann der Taub-Koller seinen Ursprung nimt / und das Pferd allgemählich zu einem Narren wird / welcher Mangel hernach sein Lebenlang nimmermehr zu remediren.

Wäre also am besten / da man je ein solches junges Pferd reiten wolte / man tractirte es / wie oben in diesem Capitel schon vermeldet worden / oder in Ermangelung desselben / liesse es die Zeit über / bis

minus commoda videretur quæ in actum vix deduci posset, donec ad perfectam ætatem perveniat in campum pullus emittatur, ut mitis evadat atq; tractabilis, non pavidus aut formidolosus, passibusque decoris simul assuefiat.

Tandem Corollarii loco istud etiam monendum duco, plurimos in opinione de fractura cervicis & fallere & falli, arbitrantes per lorum saltatorium, pastomidem, Gamarram, acremque Paradam, equo collum, ossa spinæ in collo, quippe tenera adhuc & mollia, frangi quasi, & ut decora equo positura concilietur, admoveri, carnem verò crassam repelli somniant. Qui error sanè si quisquam alius in universa rerum natura & crassissimus est & monstrosus.

Primò enim nuspiam deprehendes osse aut cartilagine in animali, sive equus jam sive homo fuerit, fractâ aut incurvatâ, animal exinde fieri agilius, aut magis expeditum, sed osse aut cartilagine iterum sanatâ, & in integrum restitutâ, flecti amplius non potest; quinimò os aut cartilago compactior duriorque exinde evadet.

Secundò si maxillæ equinæ naturâ constent ex carne crassiore, exercitationibus supra dictis impediri illa nequit.

Tertiò, concedo equidem exercitationibus suprà memoratis collum equi quadantenus incurvari, nequaquam verò frangi, ex qua fracturâ decora positura oriatur.

Id verò intempestivè minimè fieri debet. Sicuti enim per præmaturam equitationem & corpore & animositate, & tibiis pullus corrumpi potest: Ita præmatura Gamarræ & lori saltatorii applicatio, in anteriori parte violenta prioribus femoribus impositione facta, quoad talos totaliter pullum ad incitas redigit: quod quidem malum & immedicabile est, & per omnem vitam pugno inhærere solet. Gamarra enim & lorum saltatorium non violentiâ, sed artificio pullum, ut morem gerat, inducunt.

bis zur völligen perfection seines Alters/gerad aus ins Feld gehen / damit es fromm und thätig / und nicht scheu würde / &c. auch darneben einen guten Schritt sich angewehnen.

Zum Beschluß dieses Capitels / muß ich auch dieses erinnern / wie viel sich in diesem Punct in ihrer Meinung betriegen / wegen deß Halsbrechens / in dem sie meinen / daß durch den Sprung-Riemen / Cavezon, Gamarra und scharffe Parada, dem Pferd der Hals / das ist / die Beiner am Grad deß Hals / gleichsam gebrochen würden / weiln sie noch jung und zart / damit das Pferd eine schöne Postur bekomme / sich herbey gebe / und das dicke Fleisch zuruck getrieben würde. Welches aber ein so grosser Irrthum ist / als einer in rerum Natura seyn kan.

Sintemal Erstlich / so wird man nimmermehr erfahren / wann ein Bein oder Cruspel an einem Thier / es seye gleich Pferd oder Mensch / zerbrochen oder gebogen ist / daß es hernach davon gelenck oder thätiger wäre / sondern wann das Bein oder Cruspel wieder zusammen geheilet oder gewachsen / so beugt es sich nicht / sondern es gibt entweder ein noch härters Bein oder eine Cruspel.

Fürs Ander / so dem Pferd von Natur dickes Fleisch an den Kinbacken wächset / so ists nicht möglich / daß durch obbeschriebene Travaillen solches verhindert werde.

Drittens / so gebe ich zu / daß durch obbeschriebene Travaillen der Hals deß Pferds in etwas gebeuget / nicht aber gebrochen werde / darvon das Pferd eine gute Postur bekommt.

Solches solle aber nicht ehender geschehen / als bis es Zeit ist / dann gleich wie ein Pferd durch das allzufrühe Zureiten am Leib / Courage und Schenckeln kan ruinirt: Also kan es durch die allzufrühe Einspannung in die Gamarra und Sprung-Riemen / fornen mit gewaltthätiger Setzung auf die forderſten Schenckel / in kurtzen auf den Knochen in Boden hinein verderbet werden / so in Ewigkeit nimmer zu curiren / sondern sein Lebtag in die Faust hängen muß / sintemal Gamarra und Sprung-Riemen nicht mit grosser Gewalt / sondern mit Vortheil das Pferd gewinnen müssen.

CAP. XVII.

Quomodo pullus in pascuo interceptus tractari debeat.

PUlli ætatem quinque vel quatuor cum dimidio, aut ad minimum quatuor annorum agentes, si in pascuo fuerint intercepti, & in equile perducti, servis concredantur probis, qui experientia in curandis ejusmodi equis polleant. Bruta verò ad faliscas ab omni violentia munitas, capistris intrinsecè panno firmatis alligentur: Quibus ex utroque latere funes ex setâ facti, nequaquam verò catenæ ferreæ, annexi sint, ut si fortè ca-

Das XVII. Capitel.

Auf was Weis man den Fohlen / wann er von der Weid aufgefangen / tractiren solle.

WAnn man die Fohlen von der Weide aufgefangen / (welche fünff / fünffthalb / oder zum allerwenigsten vier Jahr alt seyn sollen) und dieselbe in den Marstall gebracht hat / soll man gute Knecht / welche Wissenschafft mit Wartung dergleichen Pferden haben / darzu nehmen / die die Fohlen aber mit starcken guten Bahren / Halfftern / welche inwendig mit Tuch gefüttert sind / versehen / und ihnen anlegen / an welche Halfftern aber auf beyden Seiten härine Strick / und keine Ketten

pistro illa insiliant, nullum femoribus damnum inferant, & si opus sit, funes illi citius cultro possint discindi. Si verò temporis tractu mandris & stabulo assueverint, tunc loco funium catenæ capistris applicari poterunt.

Pastum quod attinet per anni quadrantem pabulum non purum, sed ad dimidiam partem paleis mistum præberi debet.

Cura reliqua sit admodum tenera, totum corpus ut & pedes stramine sæpius defricentur, panniculo capita demulceantur, ut mansueti & corpore tractabiles evadant; strigilis autem acuta ab initio nullatenus admoveatur, imò nec durioribus verbis, multò minus verberibus infestentur pulli; pedes leventur sæpius, lignoque quodam ungulæ pulsentur molliter, ut lubentiùs pareant, si soleæ ferreæ ipsis sint inducendæ.

Interea etiam dum in pascuis errabunt, & musculi & ungues oculorum incidi illis debent, caudâ radicitus abrasâ, quod si hactenus fuerit intermissum, quamprimùm in stabulum pulli deducantur, illud fiat: quanquam longè magis è re sit, si anno statim secundo aut tertio musculi atque ungues oculorum incisæ, caudaque abscissa fuerit: quantò maturius enim inciduntur, tantò graciliora corpora, capita, validiora dorsa, & acutiorem visum impetrant.

Postea si sanitati pristinæ sint restituti, forfice vibrissæ ex auribus evellantur, juba & cauda lavetur, pectatur, & in ordinem redigatur.

Quibus factis, lenis pastomis ori ipsorum immittatur, capistrumque ex fune contortum, corioq; obductum naribus & capiti circumdetur. Duobus funibus alligatoriis in mandrâ post pastum per bihorium quotidiè inverso modo alligentur, modicumque salis, pyrethro mistum, ori super pastomida ingeratur, corpus vero cingulo simplici cingatur, at non nimis arctè, ut cincturæ paulatim assuescant. Semper tamen servum habeant attendentem, ne anterioribus pedibus in habenas irruant aut insiliant. conf. Num. LXXXIV.

Quod si in hippodromo exercendi sint, à duobus servis ad utrumque latus stipati educantur. Unico enim servo prima vice pullum concredere temerarium esset, priusquam perspectum sit, an pulli sint malitiosi nec ne? Prima verò vice equus mansuetus pullos antecedat, quem pulli pòne sequantur; servus insuper scuticâ instructus eos comitetur, operam navans, ut equus progrediatur, nec subsistat, aut retrocurrat; scuticam tamen equo tantum monstrabit servus, aut terram eadem percutiat, equum verò nisi ex-

angemacht seyn sollen / damit wann sie darein springen/ihnen selbsten an den Schenckeln keinen Schaden thun können / und man die Stricke im Nothfall desto ehender voneinander schneiden könne. Wann sie aber deß Stands und deß Stalls gewohnt / alsdann kan man ihnen an statt der Strick / Ketten an die Halffter machen.

Das Futter anlangend / muß ihnen ein Viertel-Jahr nur halb Futter mit Heckerling (Hexel) vermischt/gegeben werden.

Die Wart derselben solle gar sittsam seyn/ offt mit Stroh ihnen den gantzen Leib / wie auch die Beine / abreiben / mit dem Wischtuch an die Köpff streichen / damit sie fromm und thätig am Leib werden / auch durchaus eine Zeitlang keinen scharffen Strigel an ihnen gebrauchen/ ja im geringsten nicht mit ihnen poldern / kollern / oder dieselbe schlagen/ zum mehrern ihnen offt die Füß aufheben / und mit einem Holtz auf die Sohlen klopffen/bevorab wann sie ihr Futter fressen / so werden sie desto lieber halten/und sich hinfüro gern beschlagen lassen.

Es sollen ihnen auch unter der Zeit / als dieselben auf der Weid geloffen / die Mäuß und Nägel geschnitten / wie auch die Schweiff an der Wurtzel um etwas abgeschlagen worden seyn / wo es aber nicht geschehen / solle es alsobald nach dem Aufstellen mit ihnen vorgenommen werden / wiewoln es viel besser / wann sie im andern oder drütten Jahr ihnen schon sind geschnitten und der Schweiff abgeschlagen worden / dann je eher sie geschnitten worden/je magere Köpffe bekommen sie / wie auch stärckere Rucken und gutes Gesicht.

Hernach wann sie heil worden / muß man ihnen die Ohren fein sauber ausscheeren/und die Mähne und Schweiff wäschen/auskämmen und zu recht ordiniren.

So diß geschehen / solle man ihnen einen leissen Drensen / samt einem Strick-Cavezon, welcher mit Leder überzogen ist/anthun/ und mit zweyen Hefft-Zügeln / im Stand / täglich nach dem Füttern ein paar Stund herumhefften / auch ihnen ein wenig Saltz / mit Bertram vermischet / ins Maul auf die Drensen geben / um den Leib einen einfachen Gurt gürten / doch nicht gar zu vest / auf daß dieselbe deß Gürtens gewohnen ; Jedoch solle stetigs jemand bey ihnen seyn/ welcher Achtung auf sie gebe/ damit nicht ein Fohl in die Zügel mit den vordern Füssen haue / oder gar darein springe. Besiehe N. LXXXIV.

Wann man sie dann auf die Reit-Schul haben will / so führen sie zwey Knecht / je einer auf einer Seiten hinaus/ dann nur eine Person/ das erstemal führen zu lassen / ist nicht rahtsam / bis man zuvor sihet / ob die Fohlen malitios seyen / oder nicht / es muß aber zu allererst für den Fohlen ein frommes Pferd geführet werden / und dann die Fohlen hinten nach / wie auch zu allem Uberfluß ein Knecht hinden her mit der Peitschen gehen/ welcher zusihet / daß das Pferd fortgehe / sich nicht stelle/ oder hinter sich lauffe / doch solle er dem Pferd die Peitschen nur zeigen / oder darmit auf den Boden schla-

tremus necessitatis casus illud exigat, minimè feriat. conf. N. LXXXV.

Pullo itaque in Hippodromum adducto, primùm equus tractabilis ad Basin seu pedamentum perducatur, post itidem pullus, qui ut gradum ibidem sistat, assuefaciendus, blandimentis demulcendus, avenæ aut fœni manipulo inescandus, ut bene se fecisse animadvertat, idemque procedendi modus, reliquis etiam pullis omnibus applicetur, dumque unus exercetur aut equitatur, alter ad Basin semper gradum sistat, sic eò faciliùs pullus assuescet, nec tanto labore conscensio constabit.

Cæterum si circumcursitationi ad funem pullum assuefacere animum induxerit equiso, chordâ prælonga illum vinciat, ambas pastomidis (lupati) habenas ad utrumque latus cingulo, satis tamen laxè alliget.

Deinde equus iste tractabilis præducatur, equiso verò funem manu remissè gerens cum pullo progrediatur, qui si gyrum aliquoties compleverit, remoto equo tractabili, pullus solus ternis aut quaternis vicibus circumducatur, pòst solus circumcursitet. Ponè equisonem alius quidam domitor funem itidem manu prehendat, ut si elabi pullus conaretur, nec unica persona illi tenendo sufficeret, equisonem adjuvare possit.

Pullum autem servus quidam sequatur scuticâ armatus, quam nisi vellet progredi aut in posteriores suffragines se [illegible]rrigeret, aut reluctaretur, ipsi monstret. Primoque intenta voce, mox scuticâ ponè equum humo impactâ, tandem si plane esset refractarius, impigris verberibus pullum ipsum ad morem gerendum cogat.

Minimè verò in castigando modum excedat, ne ad insaniam quasi nimiis verberibus eundem adigat, sed quam primùm morem gesserit, à minis & verberibus abstineat, blandimentis potius demulceat, ut officii sui partes explevisse sentiat. conf. N. LXXXVI. Si quidem hac in re summa cautione opus sit, cùm nimio castigationis furore duabus aut tribus vicibus equus quantus est, illicò ad incitas redigi queat.

Pullus itaque si unâ aut alterâ vice dextram versus gyrum variârit, gradum molliter sistere assuescat, blandimentis permulceatur, collo fricetur, manipuloque fœni aut avenæ illiciatur, quem sive respuat sive sumat, blandimentum tamen, donec planè mitescere cœperit, non cesset.

Postquam verò aliquamdiu respiraverit, lævam versus idem qui dextram versus observatus fuerat, procedendi modus reassumatur: Paradaq; iterum factâ, pullus denuo

schlagen / und solches nicht darmit treffen / es seye dann zum höchsten vonnöthen. Besiehe Num. LXXXV.

So bald nun der Fohlen auf die Reitschul gebracht worden / solle man denselben dem frommen Pferd nach erstlich zum Vortel führen / ihn lassen still halten / ihme charissiren / und etwas Habern oder Graß zu fressen geben / damit er mercke / daß er recht gethan / und solches solle continuirlich mit allen Fohlen gethan werden / und wann der eine getrieben oder geritten wird / solle allezeit der ander beym Vortel halten / so gewohnt er desto leichter / und brauchet man hernach beym Aufsitzen nicht so viel Mühe.

Wann ihn nun der Bereuter am Sail will herum lauffen lassen / solle er ihme die lange Chorda anthun / die beyden Cavezon Zügel auf beyden Seiten an den Gurt anbinden / jedoch nicht zu kurtz.

Alsdann soll das fromme Pferd zum ersten auf die rechte Hand voran / und der Fohl durch die zwey Knecht / nachgeführet werden / der Bereuter aber solle das Sail lang in die Händ fassen / und mitgehen / wann nun der Fohl etlichmal herum gangen / solle man das andere Pferd hinweg / und den Fohlen allein herum führen / einmal drey oder vier / alsdann lauffen lassen / hinter dem Bereuter solle noch einer stehen / welcher das Sail auch in Handen hat / darmit wann irgend der Fohl wolte ausreissen / und es an einer Person nicht genug zu halten wäre / er den Fohl auch helffe halten.

Hinter dem Fohl aber solle einer mit einer Peitschen gehen / welcher sie dem Pferd / dafern es nicht fortgienge / oder sich wehren wolte / zeigen / und erstlich mit der Stimm / mit Peitschen schlagen auf die Erden hinter dem Pferd / oder da es gar nicht fort wolte / mit Ernst hinter ihm drein wischen / und denselben forttreiben.

Doch in allweg es nicht zu grob machen / darmit er nicht überpoltert oder überschlagen werde / sondern so bald er sich geben will / mit dem Drauen und Schlägen nachlassen / und ihn caressiren / darmit er verstehen lerne / daß er recht gethan habe. Besiehe N. LXXXVI. Sintemal hierinnen sich höchlich fürzusehen ist / dann man auf zwey oder dreymal ein Pferd mit allzuscharffer Züchtigung das erstemal in Grund verderben kan / und braucht nicht viel Kunst darzu.

Wann der Fohl einmal oder etliche auf die rechte Hand herum ist / alsdann soll man ihn sittsam pariren / schön thun / am Hals streichen / und ein Wisch Heu / oder eine Hand voll Habern vorheben / er nehme es an oder nicht / so muß man mit dem Caressiren nicht nachlassen / bis er gewonnen ist.

Wann er nun ein wenig verschnaufet / muß man mit ihme auf die lincke Hand auch procediren / gleich wie auf die rechte Hand beschehen; Und da man wieder parirt hat / den Fohl noch einmal auf die rechte Hand / und nach beschehener Parada auf

dextram versus, Paradaque absolutâ, sinistram versus adhuc semel agitetur; Paradaq; repetita, atque blandimentis adhibitis, à fune liberetur; pòst pedetentim adhuc semel per longum spatium dextram versus, deinde unâ aut alterâ vice per totum Hippodromum circumactus, ad Basin adducatur, ibi gradum sistat, blandimentis permulceatur, & in stabulum eo modo, quo fuerat eductus, reducatur.

Eo quamprimum pervenerit, in mandra inverso modo alligetur, sicuti antea stabat; & postquam deferbuerit, panniculo detergatur, ibidemque usque ad tempus pastûs relinquatur: tunc ad præsæpe ordinarium religetur.

A meridie autem denuò inversa ratione alligetur, ad vesperam usque dum hora aquatum pullos educendi instet: intereà verò pullus sæpiuscule visitandus est, quandoque etiam manipulo fœni aut avenæ inescandus, blanditiis, frictura colli, & quicquid huc facere potest, demulcendus, ut placatus & tractabilis evadat. Semper tamen summo studio cavendum tibi est, dum placatum reddere præsumas, ne unquam sive in stabulo, sive in hippodromo ab anteriore pulli parte consistas; cum inopinato capiti insilire, aut anteriori pede illud ferire adeò possit, ut vitæ discrimen instet præsentissimum; sed quicquid agas, juxta pullum ad latus accedas & subsistas, quo modo ab omni periculo eris tutissimus.

Hac ratione si ter aut quater in hippodromo pullus sit exercitatus, ad columnam circumagatur: ubi attendendum est sedulò, si reluctaretur, in suffragines posteriores sese surrigeret, aut progredi recusaret, funem esse attrahendum: servo verò qui à posterioribus pullo stat pedibus, scuticâ & intenta voce illum esse persequendum, quâ ratione nolens volens morem tandem pullus geret. Idem modus absolutâ Paradâ recurrat, necesse est, ut scilicet quantum fieri potest funis columnam versus attrahatur, sic eò promptior lubentiorque habenas pastomidis pullus suscipiet. Columnæ verò superiùs trochleâ instructæ non æque commodæ sunt, ac illæ quæ ad latus rotundâ quadam incisurâ constant: Quin imò plurimis periculis subjacent, nec ad violentam coactionem quicquam conferunt. Primò enim si ad trochleam cursitare pullus incipiat, sine moderamine, modo propius, modò remotius discursitabit; nec equiso columnæ assistens ad Paradam pro lubitu eum adigere poterit. Secundò, si pullus retrocurrere animum induxerit, domitorem columnæ cum fune assistentem in arenam prosternit: si in sublime se efferre incipiat, coerceri non poterit; si præceps rueret aut sese supinaret, cervicem facilè fregerit, aut posteriora adeò violaverit, ut per omnem

die lincke / treiben / und nach dem man aber wieder parirt / soll man dem Fohlen nach gethaner Caresse das Sail abthun / ihn Fuß für Fuß noch einmal rechts / aber weit ein paarmal auf der Reitschul gemach herum / und zum Vortel / allda denselben still halten / wieder caressiren / und alsdann in Stall führen / ebenermassen gleich wie er aus dem Stall geführet worden ist.

So bald der Fohl in Stall kommen / soll man ihn wieder im Stand herum hefften / gleich wie er zuvor gestanden ist / und so er abgekühlet / mit einem Streichtuch wiederum fein sauber abwischen / und stehen lassen / bis es Zeit zum füttern ist / alsdann ihn herum lassen / und anbinden wie gebräuchlich.

Nachmittags aber wieder herumhefften bis Abends / wann man träncken will / man muß aber unter der Zeit offt zu ihme gehen / ihme zuweilen ein Wischlein Heu oder Hand voll Haber vorheben / ihme schön thun / am Hals streichen / und was sonsten mehr dienet / ein Pferd fromm zu machen / in allem aber sich wol fürsehen / wann man ihn fromm machen will / daß man niemaln es seye im Stall oder auf der Reitschul für den Fohl zu stehen komme / dann er unversehens einem auf den Kopff springen / oder mit dem fordern Fuß daran schlagen kan / daß man deß Aufstehens möchte vergessen / sondern in allen Actionen neben das Pferd tretten oder stehen / so kan er keinen Schaden zufügen.

Wann man nun das Pferd einmal drey oder vier auf der Reitschul auf diese Manier exerciret / solle man es dann am Pilier lauffen lassen / man muß aber am Pilier wol Acht haben / wann sich das Pferd setzen / bäumen / oder nicht für sich wolte / daß man das Sail wol zu sich ziehe / und der Hintere mit der Peitschen und Stimme es forttreibe / so muß der Fohl obediren / ob er schon nicht wolte / gleicher massen auch auf die Parada geschehen muß / daß man allemal das Sail gantz zu sich an den Pilier ziehen soll / so wird der Fohl nur desto williger und gehorsamer hernach auf die Cavezon Zügel / die Pilier aber so oben eine Scheiben haben / oder einen Werbel / haben nicht einen so grossen Vorthel / als welche gantze Säulen sind / und neben her einen runden Schnitt haben / ja es ist vielmehr ein gefährliches Werck darmit / und hat gantz keinen Gehorsam / sintemal fürs erste / wann der Fohl am Werbel wird anfangen zu lauffen / so wird er ohne Gehorsam dahin lauffen / bald eng / bald weit / und kan ihn der am Pilier nicht pariren wann er will / kommt denn fürs ander dem Fohlen in den Kopff daß er zuruck brellen will / so laufft er den / welcher am Pilier stehet / mit dem Sail übern Hauffen / will er sich bäumen / so kans ihm niemand wehren / überschlägt sich das Pferd / kan es leichtlich den Hals gar brechen / oder sich am Creutz wehe thun / daß es hernach sein Lebtag zu nichts mehr tauglich ist. Derowegen ist dieser Scheubenpfeiler gut für faule Bereuter

welche

postea vitam nulli usui amplius sit. Proinde columna ista trochleata à pigris plerumque adhibetur equisonibus,brachiis suis parcentibus nec ullâ in domiturâ equorum notitia solidâ pollentibus ; adde quod nec leviori equorum castigationi nec adminiculorum suppeditationi quicquam conferat.

Cæterum in domiturâ equorum columnam omninò rejiciunt nonnulli, caussantes, truncum illam tantum esse emortuum, per se & ex se tantummodò otiosum, qui tamen error decumanus est, cum in sequentibus capitibus ostensuri simus,columnam,utpote quæ centri vices gerit, omnibus Voltis spuriis obicem sæpius ponere, easque emendare. Vid. N. LXXXVII.

Nec illud in fine hujus capitis sicco pede transeundum est, nonnullos ignorantiæ fratres, antequam per totam vitam semel tantum ad funem circumacti sint, pullos primâ statim vice ephippii impositione onerare, ex quo dependent stapedes,delirantes: pullum ab initio statim ferendo ephippio esse assuefaciendum,ne tantum postea laboris impendere opus sit : scuticâ insuper, aut si minus proficiant,duabus scuticis,aut pluribus etiam strenuè eundem excarnificant, id quod maximopere improbandum : cum hoc modo unicâ vice ita pessumdari pullus possit, ut quamvis cervicem non frangat, per vitam tamen omnem omninò futurus sit inutilis.

welche die Arm nicht brauchen mögen / und einige Curiosität und Wissenschafft in Unterweisung der Pferd zum wenigsten haben / auch zu ernsthaffter Straff oder Hülffe der Pferden nicht viel tauglich.

Uber diß haben auch noch etliche in Abrichtung der Fohlen den Gebrauch / daß sie den Pilier gantz verwerffen / und es für ein todtes Ding achten / das an und für sich selbsten nichts arbeite / welches aber weit gefehlet ist ; und in nächstfolgenden Capiteln zum öfftern wird erkläret werden / daß der Pilier als das Centrum keine falsche Volta machen lässet / sondern alsbalden dasselbe corrigiret, Besiehe N. LXXXVII.

Es ist auch noch zum Beschluß dieses Capitels zu vermelden / wie etliche aus Unwissenheit denen Fohlen das allererstemal / ehe und bevorab sie am Sail ihr lebenlang geloffen / alsbald einen Sattel auflegen mit herunter hangenden Bügeln / mit dem Vorgeben / es müsse das Pferd solches anfänglich gewohnen / so darff man nicht halb so viel mit ihme umgehen / sprechen darneben mit Peitschen / wo eine nicht erklecklich / mit zwey oder mehrern aufs allerdapfferst zu / welches aber nicht zu loben / sondern vielmehr höchst zu scheuen ist / dann ein Fohl dardurch auf einmal kan verderbt und verpoltert werden / daß / wo er ihm nicht gar den Hals bricht / sein Tag nichts mehr nutz ist.

Cap. XVIII.

Quomodo ulterius cum pullo pergendum, & quando primùm Pastinâ (ephippio stramine infarto) gravari possit.

PUllo si ad hunc modum per unam aut alteram septimanam ad funem sit exercitatus prima vice Pastina ex cadurco intrinsecè stramine infarto imponatur, cinguloque,quod ipsum Pastinam inter insiliendum complectatur,cingatur ; quod si Pastina careas,adhibendum erit ephippium quoddam obsoletum , quod pullum non stringat aut urgeat ; illud si à meridie, pulli aliàs loco moveantur, super pullo relinquatur. Quando autem equi in hippodromo formantur, pullus ephippio stratus , & ad Basin perductus gradum ibi sistat. Tunc equiso eminùs ad eum accedat , eum demulceat , fœnum aut avenam suppeditet,& ut apposité juxta Basin subsistat , prospiciat , quod si pullus recusaverit,ne elabi aut erumpere possit,firmiter eum teneat , virgâque adminiculum anteriori aut sinistro pedi leniter præbeat , quod si pullus prosiliret , ad Basin eundem denuò reducat, idq; si per dimidii diei spatium repetendum esset,repetat, donec apposité pullus subsistat: cum ab initio nec vel levissimus aliquis error ipsi sit condonandus.

Das XVIII. Capitel.

Wie man weiters mit dem Fohlen procediren / und wann man ihm zum ersten die Pastina auflegen und reiten solle.

WAnn der Fohl ein Wochen zwey also am Sail um den Pilier geloffen / soll man demselben erstlich eine Pastina von Zwilch / die innwendig mit Stroh ausgefüllt / auflegen / und mit einem Gurt / welcher über die Pastina im Sitzen gehet / gürten / oder in Ermanglung deren / einen alten Sattel der dem Fohlen nicht aufligt / denselben etliche Tag / wann man Nachmittags die Pferd ohne diß herumhefftet / darinn stehen lassen / und wann man Reitschul hält / den Fohl mit der Pastina fertig machen / und hinaus zum Vortel führen / und ihn allda stehen lassen / alsdann soll der Bereuter von ferne zum Pferd gehen / ihme schöne thun / und Heu / Haber oder Gras geben / und zuschauen / daß es recht gleich nebenst dem Vortel stehe / und da es nicht will / neben Vesthaltung dem Pferd mit der Spitzruten an denen fordern oder lincken Schenckeln fein sittsam helffen / auch da er fürsich springen solte / das Pferd wieder hinzuführen / bis er recht stehet / und solte er auch einen gantzen halben Tag mit ihme zubringen / dann man muß einem Fohlen den geringsten Fehler zum ersten nicht zulassen.

Tandem si appositè steterit, blandimentum repetendum est, Basisque ab anteriori parte, remotâ virgâ, conscendenda, quâ conscensâ, pulli collum mulcendum, ipsi abblandiendum, manuque interior Pastinæ pars pulsanda, genu una vel altera vice Pastinæ imponendum.

Hæc ubi non invitus pullus admiserit, immotusque perstiterit, blandimentis repetitis, sensim à Basi abduci jubeto; sin minus subsistat, ad Basin denuò adduci curato, idq; tam diu, donec morem gerat. Repetitisque blandimentis circa columnam pullus denuò exerceatur, quamvis gradatim, ut magis ac magis plus laboris impendere cogatur. Finitâ autem Paradâ ad Basin rursus debet adduci, idemque prorsus procedendi modus, cujus modo prolixior mentio facta est, reassumi. Conf. N. LXXXVIII.

Notandum autem est, nonnullos pullos ab initio ad Basin valdè esse refractarios, idque vel insurgendo, vel antrorsum saliendo, aut obliquè gyrando, aut retrogradiendo.

Si insurgant, aut in posteriores pedes sese efferant, vel antrorsum saliendo obniti contendant, equiso fune quem manu gestat severè illos corrigat, & ad eundem locum reducat, donec morem vel tandem gerant. Postmodum eosdem demulcebit, avenam, fœnum, aut gramen porriget, sensimque à Basi deducet.

Si pullus obliquè se torserit, virga juxta tibias aut crepidinem leniter applicatâ ad incessum directum redigatur: hanc correctionem si susque deque habeat, virgâ paulisper cædatur, quod si adhuc dum renitatur, scuticâ plectatur, prælongisque habenis tamdiu arctius teneatur, donec morem gerat, pòst blandimentis demulceatur, & à Basi sensim abducatur, denuoque ad eandem reducatur, donec directè subsistat. Sin verò retrogrediatur, in principio scuticâ leviter perstringatur. intentaq; vox in subsidium assumatur. Quam correctionem si contemnat pullus, scuticæ ictus severiores luat, & cum violentia castigetur.

Eo igitur si res sit deducta, ut non invitus ad funem circumagi se patiatur pullus, lubens ad Basin accedat & recedat, pulsationemque & impressionem Pastinæ spontè admiserit, ut porrò conscendatur & ipso actu equitationis exerceatur ipsa temporis ratio flagitat. Id quod sequentem in modum oportet fieri.

Ab initio Tyro pullum conscendat, qui non nihil temporis equestribus exercitiis jamjam impendit, plenariamque equum formatum in lectionibus quæ tam ad terram quàm supra terram fiunt, exercendi peritiam

Wann er nun recht stehet / muß man ihn wieder caressiren und von fornen her auf den Vortel gehen/aber ohne Spitzruten/und wann man darobẽ ist/ dem Pferd am Hals streichen / schön thun/ und mit der Hand in die Pastina oder Sattel klopffen/ mit dem Knie einmal zwey oder drey in die Pastine knien.

Thut nun das Pferd nichts / sondern stehet still/ so caressire es/ und laß es sittsam vom Vortel hinweg führen / stehet er aber nicht still / so laß ihn wieder hinzu führen / bis so lang ers thut / dann nach geschehener Caresse läst man den Fohlen wieder am Pilier lauffen / aber je länger je mehr / damit das Pferd etwas mehrers Arbeit bekomme. Nach der Parada muß mans wieder zum Vortel führen und mit ihme procediren / wie schon gemeldet worden. Besiehe N. LXXXVIII.

Es ist aber zu mercken/ daß etliche Fohlen sich anfangs gar widerspenstig bey dem Vortel erzeigẽ/ entweder mit bäumen/ fürsich springen/ oder auf die Seiten sich drehen/und zuruck kriechen.

Was das Bäumen und Fürsichspringen betrifft/soll man dem Fohlen vorhero ein langes Sail anlegen / und so bald er sich opiniatriren will / entweder mit Bäumen oder Fürsichspringen / soll der Bereuter / welcher das Sail in Händen / denselben damit rechtschaffen straffen / und wieder an die Stell hinführen lassen / und so lang mit ihme umgehen/ bis er obediret/alsdann ihne caressiren/ Haber / Heu oder Gras geben lassen / und sittsam von dem Vorthel hinweg führen.

Drehet sich der Fohl auf die Seiten/ soll man ihm erstlich gelind die Spitzruten neben die Schenckel / oder neben die Grouppe anlegen / und darmit gerad treiben / gibt er nichts darauf / so treffe man ihn ein wenig darmit / will ers aber noch nicht thun/ so laß ihn mit einer Peitschen treffen / auch mit dem langen Zügel vest halten bis ers thut / alsdann Caresse und sittsam vom Vortel hinweg geführet/und wieder hin / bis er gerad stehet. Das Zuruckkriechen muß man anfangs auch mit der Peitschen lind corrigiren / und die Stimm zu hülff nehmen / im Fall er aber solche linde Correction nicht annehmen wolte / muß man ihme mit der Peitschen schärffer zusprechen / und mit Gewalt fürsich treiben.

Wann nun der Fohl so weit gebracht / daß er gerne am Sail laufft / gerne von und zum Vortel gehet / läst in die Pastine klopffen und tretten/ alsdann ist es Zeit/ daß man ihn anfange zu beschreiten / welches auf nachfolgende Manier beschehen solle.

Erstlich soll ein Scholar darauf sitzen / welcher nunmehr ein Zeitlang geritten / und seine völlige Wissenschafft ein dressirtes Pferd / sowoln bey als über der Erden zu reiten/ erlanget/ vest / nebenst Führung eines geraden Leibs/sitzet / und dem Pferd

acquisivit; qui immotus insuper sedet, decentique corporis habitu & staturâ præditus est; adminicula insuper atque correctiones tam pugno quam femoribus præbere novit.

Impossibile enim est, ut Tyro artis equestris prorsus imperitus, qui per omnē vitam equum nullum conscendit, super pullo rudi & ætate adhuc atq; viribus integris quicquam boni præstet, aut comprehendat, nisi decentem corporis posituram omninò susque deque habere, singulisque momentis infinitis periculis sese exponere gestiat: Et Equiso præterea ansam pullo ad diversas easque malitiosas machinationes ex merâ petulantiâ præbere, eumque ad incitas redigere velit. Siquidem ipsum equisonem qui artis suæ fundamenta non primis saltim labris degustavit, ex pullis plurimi, iis lectionibus defatigant, ut ex decenti corporis positura perturbetur, id quod insidenti formato equo quam rarissimè contingere solet.

Rationes dari possunt istæ: quia pullis sæpius corpore, manu, & femoribus adminicula præbenda sunt, quàm equis formatis, cum tyro diligens, negotioque suo intentus inter equum formatum & pullum ferocculum discrimen facilè deprehendere possit.

Principio igitur Tyro equum blandimentis demulceat, deinde ab anteriori parte Basin conscendat, habenis pastomidis & epistomidis, nervumq; bovis, aut hoc absente, virgam cacumine orbatam sinistrâ capiat, supremamque Pastinæ aut capituli ephippii partem eadem apprehendat, dextrâ aliquoties interiora Pastinæ palpitet, dextroque genu multoties impetum in illam faciat: quæ omnia si pullus placidè toleraverit, velociter quidem sed sensim & leniter Pastinæ insiliat, minimè verò instar sacci furfuribus turgidi irruat; porrò funes pastomidis ambabus manibus ad æqualitatem redactos, apprehensosque immotos teneat: Habenas verò Epistomidis paulisper relaxet, utramque habenā epistomidis simul lævâ, quâ frænum alias moderari solemus, aut utraque manu, unâ cum pastomide, unam saltem epistomidis habenam capessens, ne in ore pullus violetur aut inconstans reddatur. Nervum Bovis autem sive virgam mancam, dextrâ, uti solenne est, teneat.

Postquam igitur exacte omnia composuerit (prius enim equo pergere, nefas ducat) domitor ille qui chordam moderatur, pullum ad columnam deducat, servus insuper, qui pullum itidem funi alligatum tenet, juxta equitem procedat, equumq; ad spatium octo vel decem passuum à Basi abducat, ne errorem quendam committat, quod si ulla in re vel levissima ad Basin aberraverit antequam pullum conscenderit, aut in ipsa ascensione exorbitaverit, prius eques non conscendat,

sowol mit den Schenckeln als der Faust und Straffe die Hülffe zu geben wisse.

Dann unmüglich ist / daß ein Scholar, welcher nichts vom Reiten verstehet / und sein Lebtag auf kein Pferd kommen ist / auf einem rohen unbändigen Fohlen zurecht kommen oder etwas lernen kan / er müsse dann weder die Postur seines Leibs achten / oder all Augenblick grossem Unglück unterworffen seyn / über diß auch der Bereuter aus Mutwillen dem Fohlen zu allerley Schelmenstuck Anlaß geben / und denselben verderben wollen / sintemal einem Bereuter / der sonsten in allen seinen Sachen perfect ist / mancher Fohl solche Lectiones weiset / daß er darüber ausser seiner Postur kommet / welches ihme auf einem dressirten Pferd nicht zu geschehen pfleget.

Ursachen man offt mit dem Leib Hand und Schenckel Hülffe geben muß / da es auf andern nicht vonnöthen / sintemal ein fleissiger Scholar, welcher sein Sachen wol verstehet / zwischen einem dressirten Pferd / und unbändigen Fohlen zu reiten / gar bald den Unterscheid erfahren wird.

Soll demnach Anfangs der Scholar das Pferd caressiren / und hernach von vornen auf den Vortel tretten / die Zügel deß Cavezons und der Drensen in die lincke Hand samt dem Ochsen Zähn / oder in Ermanglung desselben eine an der Spitzen abgebrochene Spitzruten nehmen / und das obere Theil der Pastinen oder deß Sattel-Knopffs damit fassen / etlichmalen in die Pastinen mit der rechten Hand klopffen / und mit dem rechten Knie etlichmal vest darein knien / und so das Pferd diß alles gedultig leidet / sich behend / jedoch fein sittsam und leiß in die Pastinen schwingen / und nicht wie ein Sack hinein fallen / alsdann seine Cavezon-Strick in beyde Händ fein zurecht nehmen / und gleich halten / die Drensen-Zügel aber etwas lang lassen / entweder die beyden Drensen-Zügel in die lincke Hand / in welcher man sonsten den Zaum zu führen pfleget / oder die Drensen-Zügel in jedwedere Hand einen nebenst den Cavezon, damit der Fohl nicht im Maul gerissen oder unstät gemacht werde / und den Ochsen Zähn oder Gerten in der rechten Hand / wie es sich sonsten gebühret / halten.

Wann er nun in allem zurecht gesessen / (dann eher soll keiner fortreiten) soll der die Corde hat / das Pferd zum Pilier führen / auch ein Knecht / welcher es ebenmässig bey dem Sail hat / neben dem Reuter gehen / und das Pferd ein Schritt acht oder zehen vom Vortel hinweg führen / damit es kein Fehler begehe / solte es aber einigen Fehler beym Vortel vor oder nach dem Aufsitzen begehen / so solle der Reuter nicht aufsitzen oder vom Vortel hinweg reiten / bis so lang es gewonnen / und beym Vortel obedirt hat.

So

aut à Basi discedat, donec pullum sibi ad voluntatem suam conciliaverit, isteque ad Basin paruerit.

Quo facto pullum pedetentim circa columnam eques agitet vid. N. LXXXIX. primò dextrorsum, deinde sinistrorsum, postea leniter gressum sistat, eiq; blandiatur. Porrò Informator pedester manipulum fœni, graminis, aut avenæ ipsi præbeat, & mox sinistrorsum ad spatium sex passuum antrorsum deducat; eques verò versus hanc manum eundem procedendi modum, quo antea dextram versus usus fuerat, repetat, tunc gradum iterum sistat; & sic per horæ quadrantem aut quod excurrit, sese pullumque exerceat. Postea sicuti pedetentim pullo progressus erat eques, sic eodem planè modo ad succussationem transitum faciat, quam si feliciter absolverit, ad Basin remeet, immotè subsistentem pullum teneat, nec ante descendat, priusquam appositè & directò subsistat: quo tandem impetrato, si eques descenderit, blandimentis equum demulceat, Pastinam palpitet, à parte anteriori à Basi discedat, pullo verò repetitis blandimentis, avenam, fœnum aut gramen porrigat, eumque directò antrorsum, quamvis paulatim, à Basi deducat; per hippodromum aliquot vicibus ultro citroque commeet, tandem in stabulum reducat, idemque procedendi modus, qui supra traditus est, recurrat.

Quod si in ipsa exercitatione circa columnam malitiosis machinationibus pullus indulgeret, in sublime scilicet sese efferendo, caput divaricatis cruribus inserendo, equitem excutiendo, retrogradiendo, aliisque ejusmodi petulantiis tempus tereret, id manibus pedibusque agendum est, ut è vestigio petulantia ejusmodi retundatur. Si posterioribus suffraginibus incubans sese in sublime efferat, non solùm prælongo fune, sed & nisi omittat, scuticâ à posterioribus impactâ rigidè plectatur. Tyro hoc in casu immotus & erectus sedeat, manus habenasque depressè dirigat, attendens ne equum retrahat, ne eundem præcipitio supinet: Cùm rigens pugnus huc non quadret, sed in hac lectione equum remissè tractandi peritia locum habeat.

Equi qui hoc vitio laborant, leniter ut gradum sistant assuefiant; crebrò ut subsistant ipsis non indulgeatur, sed quotiescunque Paradam absolverint, pedetentim porrò pergant; si paruerint, blandimentis permulceantur, sin minus blandimentum omittatur. Sin verò pullus caput suum divaricatis cruribus trajiciat, posteriori pede calcitret, equitemque in arenam excutere tentet, sive retrogrediatur etiam, ambæ habenæ sursum sunt elevandæ, & utrumque interdum femur applicandum. Informator columnæ assistens funem suum observet, pedester verò

So diß geschehen / muß der Reuter den Fohlen fein gemachsam Fuß für Fuß um den Pilier reiten/besiehe N. LXXXIX. Anfangs auf die rechte Hand / dann auf die lincke / und hernach gantz leiß pariren / und ihme Caressiren / darauf soll demselben der zu Fuß auch Haber / Heu oder Gras vorhalten / und dann auf die andere Hand ein Schritt sechs vor sich führen/und der Reuter auf diese Hand/ gleich wie auf die vorige beschehen / mit ihme procediren/ alsdann wieder pariren / diß muß man eine gute Viertelstund continuiren; Alsdann wie man das Pferd Fuß für Fuß geritten / soll man es auch auf eben dieselbe Weiß traben/ und so es sich wol gehalten/ wieder zum Vortel reiten/ dasselbig still halten/ und nicht absitzen/ bis es recht gerad stehet / darauf wann man abgesessen / dasselbig caressiren in die Pastine klopffen / von fornen von dem Vortel herab gehen. und dem Fohlen nebenst nochmaliger Caressirung/ Haber / Heu oder Gras geben / und ihn gerad fürsich warts vom Vortel / jedoch fein langsam fort / und auf der Bahn oder Reithaus etlichmal auf und ab / und so dann in Stall führen / und mit ihme / wie oben im vorigen Capitel gemeldet/ procediren lassen.

Solte aber der Fohl in wärender Action um den Pilier Boßheit anzunehmen sich unterstehen/ als mit Bäumen / den Kopff zwischen die Füß zu stecken/ und den Reuter abzuwerffen/ zuruck zu kriechen/und andern dergleichen Lastern/ muß man aufs beste sich fürsehen / daß man auf der Stelle diß Laster corrigire / bäumt er sich / so straffe ihn nicht allein mit dem langen Sail / sondern da ers nicht lassen will / hinden mit einer starcken Peitschen/ der Scholar soll in diesem Fall vest und gerad sitzen / die Händ mit den Zügeln niedrig führen / und Acht haben / daß er das Pferd nicht zuruck ziehe / damit es sich nicht mit ihme überschlage / sintemal allhier kein starrende Faust platz hat/ oder hieher taugt/ sondern man muß in dieser Lection dem Pferd nachzugeben wissen.

Diese Pferd/ welche diß Laster an sich haben/ solle man leiß pariren / und nicht offt still halten/ sondern allemal auf die Parada Fuß für Fuß für sich reiten / und nach dem es obediret / gebührlich caressiren / sonsten nicht; steckt das Pferd den Kopff zwischen die Füß / schlägt mit dem hintern Fuß hinaus / und begehrt einen Sand-Reuter zu machen / oder kriecht hintersich / so halt beyde Zügel in die Höhe / schlage ihm bisweilen beyde Schenckel an / der am Pilier nehme sein Sail in Acht / der zu Fuß aber mit der Chambriere hinter ihm drein/ so lang und viel bis das Pferd avancire / und solches Laster nicht mehr zu thun begehre / alsdann so

Domitor adminicula à posterioribus applicet, donec pullus tandem progrediatur, & vitio isti tandem planè valedicat. Quod si correctioni locum dederit, eo quo par est modo demulceatur: imprimis verò observandum est & illud, ne ab initio nimis rigorosè in corrigendo eques peccet, aut nimia conniventiâ excedat, cum utrumque extremum, funditus pullum depravare atque corrumpere facillimè possit.

es die Correction angenommen / solle man es auch gebührender Massen caressiren/ und in allem observiren / daß man Anfangs mit der Correction nicht zu rigoreux verfahre / so wol auch dem Pferd nicht zu viel nachsehe / dann durch beydes ein junger Fohl gantz leichtlich kan verderbet werden.

Cap. XIX.

Quando & quomodo Pastina primâ vice pullo sit imponenda, illeq; assuefaciendus, ut haud invitus ephippio se sterni patiatur.

PAstinam pullo impositurus, eundem in mandra prius inverso modo capistris alligatoriis alliget, Pastinam lateri mandræ imponat, servumque ad pullum in mandram ableget: qui postea pastinam manibus captam, pullo quam lenissimè imponat, poppysmate insimul eundem demulceat, cingulum placidè nec nimis strictè constringat, per dimidiam horam, ita cinctum consistere faciat, postea autem cingulum arctius constringat.

Diligenter autem cavebit strator ille, ne nimis in anteriorem, nec nimis in posteriorem pulli partem pastina vergat, sed in eo quo decet loco, nempe ponè os illud prominens infra ephippii capitulum, in fine colli situm. Si enim Pastina in anteriorem partem nimis inclinaret, equus per totum corpus anterius gravaretur, ut femoribus pergere non posset, insuper etiam cùm nimis equum stringat, prematque, in parte anteriori pullum lædet atque vulnerabit. Sin verò in posteriorem partem nimis declinet, non solum eandem faciet incrudescere, sed & ansam præbebit variis inconvenientiis clunibus vacillandi, tandemque vel ipsis Equi posterioribus pastina incumbet.

Impositio autem Pastinæ multifariæ utilitatis fœcunda mater est: Primò enim Pastina levis est, ubique æqualiter pulli dorsum stringens (quanquam in locis quibusdam certis, concavitates suas habeat, quæ atterere equum non possint) qua propter dorsum primis annis adhuc tenellum pastinâ isthac conservatur illæsum, quod alio ephippii genere fieri non posset.

Secundò pulli tenelli cincturæ sensim pastinæ impositione assuefiunt, cùm unico duntaxat cingulo pastina, reliqua verò ephippia tribus cingulis constringantur.

Si enim pullo rudi adhuc & tenello, qui nunquam antea ephippium dorso sustinuerat, ab initio statim ephippium tribus cingu-

Das XIX. Capitel.

Wann und wie man einem Fohlen das erstemal die Pastina auflegen solle / auch gewehnen/ daß er sich hinfüro gerne satteln lässet.

WAnn man dem Fohlen die Pastina auflegen will/ soll man ihn zuvor im Stand mit den Hefftzügeln herumhefften / die Pastina auf die Seiten deß Stands legen / und einen Knecht zu ihme in Stand gehen lassen/ der alsdann die Pastina nehme / und dem Fohlen auf das allersittsamste auflege / ihme darneben charissire / den Gurt fein sanfft und nit zu hart zugürte / eine halbe Stund es also stehen lasse / und dann etwas vesters zugürte.

Er solle aber auch fleissig zusehen/ daß die Pastina nicht zu viel fürsich oder hintersich zu ligen komme / sondern an ihrem rechten und gebührlichen Ort/ nemlich hinter den Wiederiß / sintemal da die Pastina zu weit fürsich ligen solte / so beschweret es das Pferd auf dem gantzen fördern Leib / daß es mit seinen Schenckeln nicht genug avanciren kan/ und wird darneben das Pferd / wegen deß allzuvielen Aufligens vornen drücken; Ligt sie zu weit zuruck/ so druckt sie nicht allein den Fohlen hinterwarts/ sondern gibt ihme auch Ursach zu allerhand Disordre mit der Grouppen zu spielen / und wird letzlich die Pastina wol gar hintersich auf das Creutz weichen.

Solches Pastinen-Auflegen aber hat viel Nutzen nach sich; Dann erstlich so ist die Pastina leicht / und ligt dem Pferd überal auf dem Rücken gleich auf / (jedoch hat es seine Höle in gewissen Orten/ daß es nicht drücken kan /) deßwegen auch hierinnen der noch Anfangs zarte Rucken / welches sonst von einem andern Sattel gar leichtlich zu geschehen pflegte/ in etwas verschonet wird.

Fürs ander/ lernen die jungen Pferd deß Gürtens allgemach dadurch gewohnen / sintemal die Pastina nur mit einem Gurt / hergegen ein Sattel mit dreyen Gürten gegürtet wird.

Dann wann man einem zarten und noch rohen Fohlen/ welcher sein Lebtag noch keinen Sattel auf dem Rucken gehabt / bald im Anfang einen Sattel

lis instructum imponeres, arcteq; illud constringeres, probè sc. rem curasses.

Pullus enim cincturæ non assuetus in mandrâ vel concideret, ingentique discrimini redderetur obnoxius, vel omentum, aliasque præcordiorum partes rumperet ; aut si illicò ex lapsu resurgeret, aut posterioribus, aut aliis juncturis flexurisque vim inferret. Quod si nec illud etiam accideret, aliis tamen malitiæ generibus fenestra aperiretur, inflationi scilicet, renixui, aliisque vitiis minus decoris.

Tertiò si usq; adeò cinctura pullus ejusmodi sit exacerbatus, per omnem vitam ab ephippii impositione abhorrebit, sed simul ac cum ephippio in mandram ad eum appropinquaveris, illudque pullus conspexerit, ronchissabit, exsiliet, calcitrabit, atque mordebit.

Id quod pessimè connatam equi malitiam interpretatus fueris, sed mero timori potius adscribes, qui timor in perennem postmodum malitiam degenerat, ita ut aliam planè quasi naturam equo ingeneres.

Proinde pullis in universum omnibus (de iis loquor qui ad Principes aut Nobiles, non ad inferiores animas spectant, quanquam cum omnibus & singulis modus iste lenissimæ tractationis observari deberet) Pastina primò imponi debet, priusquam ephippio eosdem oneres.

Et ille ipse modus qui in Pastinæ impositione observatur, in ephippiorum impositione itidem adhibeatur ; nec ulli pullo ephippium prius imponas, antequam per bimestre aut trimestre spatium Pastinæ ferendæ fuerit assuetus.

mit drey Gürten auflegen / und stracks vest zugürten wolte / würde man ein schönes Spiel mit ihme anfangen.

Dann entweder würde der Fohl / welcher deß Gürtens nicht gewohnt ist / im Stand niederfallen/und ihme leicht einen grossen Schaden zufügen/ oder gar das Netz oder anders im Leib zersprengen/ und nach geschwindem Wiederaufstehen von solchem Fall / sich auch im Creutz oder anderswo in den Bügen verrencken ; Oder da diß schon nicht geschihet/lernen die Pferde sonst allerley Schelmenstück daran / als mit Aufblähen / Anleinen/und andern dergleichen übelständigen Sachen.

Drittens/wann ein Pferd also mit dem Gürten und dergleichen Sachen ist erbeitzet worden/ wird es sich sein Lebtag nicht gern mehr satteln lassen/sondern wann man mit einem Sattel im Stand nur zu ihme gehen wird / und es denselben nur ansihet / so wird es darnach schnarchen / springen/ schlagen und beissen.

Welches alles dann nicht aus natürlicher Boßheit deß Pferds geschiehet/ sondern aus purlauterer Forcht/welche Forcht letzlich in eine immerwärende Boßheit verwandelt / und gleichsam dem Pferd in die Natur auf ein neues eingepflantzet wird.

Soll man derowegen einem jeden Fohlen (ich rede allhier von grosser Herren und Cavalier, und nicht von gemeinen Pferden / obwol mit allen also sittsam solte verfahren werden /) zum ersten eine Pastina auflegen/ ehe man sich deß Sattels bedienen will.

Und gleich wie man sich mit den Fohlen in Auflegung der Pastinen verhält / also soll man sich auch in Auflegung der Sättel verhalten / und keinem Fohlen einen Sattel auflegen / er habe dann zwey oder drey Monat die Pastina aufgehabt.

Cap. XX.

Quando & quomodo pullus primùm retrogradationi sit assuefaciendus.

PUllus, si hoc modo per unam vel alteram septimanam ad columnam exercitatus fuerit, absolutâ Paradâ retrogradationi sensim assuefaciendus est. Si spontè pareat, blanditiis demulceatur, nec multitudine una vice obruatur : si enim una vice duos saltim passus, imò unicum tantum retrocedendo impetraveris, vel ad retrogrediendum se paratum pullus tantum simulaverit, blandimentis mulceatur.

In hac verò actione habenas aliquantisper eques elevet, attrahatque, & si modicum pullus reluctaretur, alternatim habenas ex fune contortas attrahat, habenas tamen omninò rursus laxet, ut equus se officio satisfecisse certificari possit.

Das XX. Capitel.

Wann und wie man den Fohlen das erstemal solle zuruck tretten lehren.

WAnn nun der Fohl ein Wochen zwey also am Pilier geritten worden / soll man denselben auf die Parada allgemählich zuruck tretten lehren / und so er willig darzu ist / ihme schön thun / und nicht zuviel auf einmal zumuthen/ dann wann er erstlich nur zwey / oder einen Schritt zuruck gehet/oder sich nur stellet/daß er hierzu willig ist/muß man ihn charessiren.

Es solle aber der Reuter in dieser Action seinen Zügel in etwas in die Höhe / und zurück halten/ und da sich das Pferd in etwas waigern wolte / einen Strick um den andern rucken / doch in allem wieder mit dem Zügel nachgeben/daß sich das Pferd versichern könne/daß es recht gethan habe.

Quod si in hâc lectione obniteretur, insurgendo aut erigendo, pedester informator chordæ suæ diligenter attendat, eademque pullum super nares, quanquam ab initio leniter saltim castiget: quam castigationem si spernat, eam intendat: quâ etiam susque deque habitâ, si pedibus insuper anterioribus pedestrem informatorem petat, eques ad Basin sensim equitet, ibique descendat. Tunc alio insuper fune prælongo, duabusque prælongis habenis manu prehensis, pullum in medium areæ producito, ne parieti cuidam inniti possit, & ex utroque latere servo cuidam habenam aut funem in manum porrigito, ut alternatim pullum castigent: Idque tam diu repetant, donec aliquoties retrocesserit. Quod si etiam hoc supplicio nihil efficias, alter informator pedester à fronte pulli accedat, virgaque satis crassa cacumine orbata, aut baculo ex corylo tenuiore præparato, levi ictu nares feriat, & si pareat, blandimentis repentè demulceat.

Quod si his omnibus frustra tentatis adhuc tamen reluctaretur, virgâ aut baculo acriter eundem dedolet, qua ratione sponte suâ tandem retrocedet: quamprimum verò morē geret, è vestigio blandimentis demulceatur, nec una vice nimium obruatur. Sed posterâ luce eadem lectio sæpius at modicè reiteretur, donec scopum obtinueris. Deinde eques itidem periculum faciat, cui si opus sit, informator pedester præbendis adminiculis succurrat.

Si verò equus reptationis vitio laboret, dum scilicet gradum sistere & frænum retrahere eques tentat, equus cancri instar, capite deorsum depresso reptat, habenas pastomidis elevato, primaque vice ultra unum vel alterum passum retrogredi non concedito, sed quoties retrò reptet, servus quidam à partibus posterioribus scuticâ impactâ antrorsum eum progredi cogat. Sic dubio procul morem vel tandem geret, suffraginibusque incubans retrocedet; tunc blandimentum reiteretur, uti in hoc capite sæpius monui.

Notandum autem est, quotiescunque equus retractus fuerit, toties eidem rursus antrorsum, in eum ipsum locum, in quo ante substiterat, progrediendum esse: & postquam appositè & directè subsistat, ibidem gradum sistendum esse.

Qua lectione si equus quoque sit imbutus, obliquæ gradationi itidem assuescat, sicuti in sequenti capite ostendemus.

Vid. N. LXXXX.

So es sich aber in dieser Lection wehrē wolte/entweder mit Steigen oder Bäumen / solle der zu Fuß seine Corde wol in Acht nehmen/ mit derselben das Pferd auf der Nasen straffen / doch anfänglich nur gelind / gibt es aber nichts drauf / etwas stärckers/ will es aber noch nichts drauf geben / sondern hauet mit den fordern Füssen nach deme zu Fuß / laß den Reuter allgemählich hinweg / zum Vortel reiten/ und absitzen; Alsdann nim noch ein langes Seil/ und zwey lange Zügel / führ das Pferd in die mitten / damit es sich nicht an eine Wand anleinen könne/ und laß auf beyden Seiten einen ein Zügel / oder das Säil in die Hand nehmen / und das Pferd einer um den andern recht darmit straffen/ so lang und viel / bis es einmal oder etliche hintersich gangen/ und da es auch auf diese Straff nicht geben wolte/ soll noch einer zu Fuß für das Pferd tretten / und mit einer starcken Spitzruten / an welcher doch die Spitzen abgebrochen / oder einem dünnen Haselnstecken dem Pferd ein kleines auf die Nasen versetzen/und da es obedirt/geschwind charessiren.

Solte es aber über alles dieses nicht pariren wollen/ so soll er es mit der Spitzrute oder Stecken recht treffen / so wird es wol von sich selbsten hintersich gehen; Hat mans dann gewonnen / so soll man es auf der Stell charessiren / und ihme auf einen Tag nicht zu viel zumuthen/sondern deß andern Tags wieder/ offt und wenig mit ihme in dieser Lection verfahren/bis es gewonnen ist. Hernach muß mans den zu Pferd auch probiren lassen / und ihme/ so es vonnöthen / von deme zu Fuß auch geholffen werden.

Hat das Pferd das Laster deß Kriechens an ihme / als wann man pariret/ und hintersich ziehen will/daß es hintersich wie ein Krebs/ mit Untersichsteckung deß Kopffs kriechet / so halt ihme die Cavezon-Zügel hoch / und laß erstlich über einen Schritt oder zwey nicht zuruck tretten/ sondern allemal / da es zuruck kriechet/einen hinten mit der Peitschen solches wieder fürsich treiben / so wird es sich auf die letzte geben/und auf die Hexen setzen/alsdann procedir mit der Charesse, wie schon offt in diesem Capitel vermeldet worden.

Es ist aber zu mercken / daß man allemal das Pferd/nach dem man es zurück gezogen/wieder solle fürsich gehen lassen / an die Stelle/ da es zuvor gestanden / und nach desselben Gradstellung still halten.

So nun ein Pferd diese vorhergehende Lection auch ergriffen / so muß man dasselbige auch lehren auf die Seiten gehen / wie im nachfolgenden Capitel soll vermeldet werden. Besiehe

Num. LXXXX.

Cap. XXI.

Quando & quomodo pullus primum in transversum agi debeat.

HOc sequentem in modum fieri oportet: Equus statuitur capite parietem versus, & in alterutrum latus impellitur; eo videlicet modo, ut si dextrorsum incedendum sit equo, opus sit applicatione sinistri femoris: sin, vice versa, sinistrorsum tendatur, dextrum femur applicandum sit. Præterea aliquis, necesse est, scuticâ instructus pedibus subsequatur, eaque equum modicè castiget adjuvetque. Quin etiam ad columnum exercetur ita, ut sequitur: Is qui chordam ad columnam tenet, eandem ad columnam arctè attrahit, nec ex sede suâ dimoveri patitur, sed virgâ insimul anterius sinistrum pulli femur urget, ut pullus eodem cedere cogatur. Eques verò sinistram pastomidis habenam dextrâ parumper breviorem dirigit, eademque ut & sinistri sui femoris parte anteriori sinistro pulli pedi, ubi superior ventris junctura incipit, applicatione, modicum adminiculum subministrat.

Ponè servus quidam sequitur, prælongo virgulto instructus, qui subtiliter admodum adminiculum suppeditat. Idem planè modus sinistram versus recurrit: Pullo enim exteriori habenæ dextræ parte, dextro equitis femore adminicoloque ab anteriori & posteriori parte à dextro latere succurritur.

Si itaque pullus suâ sponte obtemperet, primâ vice supra modum non defatigetur; si verò vehementer reluctaretur, ad Basin eques, minimè verò apud columnam descendat, sicq; pullus vacuus ad columnam reducatur, denuoq; donec obediat, exerceatur.

Quo facto ad Basin iterum deducatur, blandimentis demulceatur, equitique conscendendi potestas concedatur, & ita eadem lectio reiteretur, tunc haud invitus equiti morem pullus geret. Postea poppysma repetatur: Descensio fiat ad Basin, tandem in stabulum reducatur. Vid. N. LXXXXI.

Das XXI. Capitel.

Wann und wie man den Fohlen auf die Seiten das erstemal treiben solle.

WElches auf folgende Manier zu geschehen pfleget: Man stellt dem Pferd den Kopff gegen eine Wand und treibts auf die Seiten / nemlich soll das Pferd rechte Hand gehen / so hilfft man ihme mit dem Anlegen deß lincken Schenckels / solle es lincks gehen / so hilfft man ihme mit Anlegung deß rechten Schenckels und läst einen mit einer Peitschen zu Fuß hinten nach gehen und dem Pferd sittsam helffen / oder man exercirts am Pilier nemlich also: Der jenige / welcher die Corde am Pilier hält / der ziehet dieselbe kurtz an den Pilier, und lässt sie nicht weichen / sondern treibt darneben das Pferd mit der Spitzruten auf den lincken vordern Schenckel / damit das Pferd denselben weichen muß / der Reuter hält seinen lincken Cavezon-Zügel etwas kürtzer / als den andern / gibt eine kleine Hülffe damit / wie auch mit platt Anschlagung seines lincken Schenckels an deß Pferds seinen fordern lincken Fuß / oben wo er sein junctur am Bauch hat.

Hinten her gehet einer mit einer langen Gerten oder Peitschen / und hilfft gantz subtil / ebenermassen es auf die lincke Hand beschehen muß / nemlich man hilfft dem Pferd mit dem rechten auswendigen Zügel / rechten Schenckel deß Reuters / samt der Hülff vorn und hinten auf der rechten Seiten.

So das Pferd nun willig darzu ist / soll mans anfänglich nicht zu viel mit ihme treiben; Weigerte es aber sich gar sehr dessen / soll man den Reuter beym Vortel / mit nichten aber bey dem Pilier, absitzen lassen / und also bloß zum Pilier führen / und wieder exerciren / so lang und viel / bis es obediret.

So diß geschehen / muß man es wieder zum Vortel führen / charessiren / und den Reuter darauf sitzen lassen / und solche Lection auch unter ihm versuchen / so wird es gar gern denselben annehmen / alsdann soll man es charessiren / beym Vortel davon absitzen / und in den Stall führen lassen. Besiehe N. LXXXXI.

Cap. XXII.

Quando & quomodo sine columna pullus exerceri debeat.

QUamprimum ad columnam officii partes pullus impleverit, equitique tam ambulando quam pedetentim incedendo, succussando, antrorsum, retrorsumque & oblique gradiendo, nec non in Paradæ exhibitione satisfecerit, absque columnæ subsidio in posterum exerceatur; eidemque pa-

Das XXII. Capitel.

Wann und wie man den Fohlen ohne Pilier reiten und arbeiten solle.

SO bald nun der Fohl am Pilier recht gethan hat / uñ dem Reuter / so wol im Schritt / als Fuß für Fuß / im Trab / in der Parada, hintersich und fürsich gehen / wie auch auf die Seiten obediret / soll man das Pferd ohne Pilier hinfüro arbeiten / und dem Fohlen einen in etwas härtern Cavezon, entweder einen Ketten-Cavezon,

oder

ſtomis aliquanto durior, ſive ex catenis, ſive ex mero ferro fabrefacta, quæ tamen non nimis ſubacuta ſit, injiciatur.

Nunc enim tempus huic rei gerendæ inſtat. Ii verò, qui teneros pullos ab initio ſtatim abſque columnæ ſubſidio exercere & formare ſolent, enormiter peccant, ſiquidem tunc temporis vitiis adhuc, malitiaque pulli ſcateant: Nec latet me, nonnullos equiſones, poſtquam pullus una aut altera vice ad funem circumactus fuerit, tyronibus illicò iſtum conſcendendi copiam facere, ante quos pullos Tyro aliquis equo viatorio inſidens equitat, quem poſtea reliqui tyrones pullis inſidentes, licet numerus eorum vel ipſum denarium excederet, ordine ſequuntur, ut unus ſcilicet alteri viam monſtret; hacque ratione pullos mitigari & tractabiles reddi ogganniunt. Verum enimverò iſthæc domandi ratio diverſa malitiæ genera, & quidem per vim quaſi pullis ſuggerit, cum tantæ inconvenientiæ exinde propullulent, quæ calamum ſcribentis facilè eſſent defatigaturæ. Si enim Tyrones aliquot inſtar anſerum ſylveſtrium ordine ſibi invicem ſuccedentes, ſuccuſſent, infiniti errores ſe invicem excipiunt. Primus pullum habenis cogere poteſt, alter minimè; modò pullus retrocurrit, alius procurrit, iſte in medium irruit: primus ſe gyrat, ſecundus ſeſe in ſublime effert, aut ſi arctius inter ſe condenſentur, mutuis calcitrationibus ſibi ipſis aut tyronibus damnum inferunt; imò quamvis unus aut alter bene ſe geſſerit, tertius tamen in deterius omnia vertit.

Quin poſito, hunc domandi modum ex voto ſuccedere, (quamvis id rariſſimè contingere ſoleat) poſito inquam, pullos morem gerere, ordine ſibi invicem ſuccedere perdicum inſtar, ex quibus ſi puſillum gregem nervis venatoriis perſequaris, ſemper alter alterum in culeum usque inſequitur. Sed quid tandem? Nullus certè alius ſequetur effectus, quàm iſte, ut ſi putes pullum non nulla ex inſtitutione eſſe aſſecutum, à primis denuò elementis ordiri neceſſe habeas. Si enim pullus poſtea exerceatur ſolus, nec antrorſum, nec retrorſum commeare novit. Si equum ſive in hippodromo, ſive in Laboratorio equeſtri aut trigario, ſive in campo, vel ſtantem vel equitem vehentem oculis ſuis pullus contueatur, illicò accurrit, exiſtimans, quicquid ille ſit acturus, ſibi fore imitandum, nec ſcuticis etiam ab hoc propoſito ſe abſtrahi ſæpius patitur; id quod poſteà difficulter deſueſcit; ut multum temporis laboriſque requiratur, donec vitium illud ex memoria pulli iterum deleatur.

❧:(o):❧

oder einen von gantzen Eiſen / welcher doch nicht ſcharff iſt/anlegen.

Dann nun iſt es auch Zeit / ſintemal die jenigen gar unrecht daran thun/welche ihre junge Pferd anfangs ohne Pilier arbeiten und reiten wollen / indeme ſie noch voller Laſter und Schelmenſtücke ſtecken / ſintemal ich wol weiß / daß etliche Anfangs die Scholarn / wann das Pferd nur ein paarmal am Säil geloffen / ſtracks darauf ſetzen/ erſtlichen reit einer mit einem Klepper vor / dann die Scholarn mit den Fohlen/ ſo viel ihr ſind/ ſolten ihr auch zehen oder mehr ſeyn/ einander nach / auf daß einer dem andern den Weg weiſen ſolle / und auf dieſe Weiſe wollen ſie ihre Fohlen zahm und bendig machen; dadurch aber fein aus höchſter Ignorantz denen Pferden zu allen Laſtern Urſach geben / und gleichſam darzu zwingen / ſintemal eine ſolche Unordnung hieraus entſtehet / welche nicht genugſam zu beſchreiben; Dann wann ihrer etliche nacheinander (gleich als die Schnee-Gänß fliegen) trottiren / da kommen ſchöne Sachen heraus / einer kan ſeinen Fohlen halten / der ander nicht / bald laufft dieſer Fohl zuruck / ein anderer fürſich / der dritte mitten ein/ einer drehet / jener bäumt ſich/ und ſo ſie recht untereinander kommen / ſchlagen ſie wol gar einander/ oder thun dem Scholarn dardurch Schaden / und wann ſchon einer darunter etwas gutes und taugliches gemacht hat / ſo verderbts ihme doch der ander wieder.

Ja geſetzt / wann dieſe Reuterey gar wol geräth/ wiewoln es ſelten geſchicht / die Fohlen thun gut/ lauffen einander nach/ gleich wie die Feld-Hüner/wann man eine Kütt oder Volck mit dem Treibzeug fängt / da allezeit eins dem andern nachfolget bis in den Sack hinein; Was wird aber endlich draus? Nichts/als wann man meinet/der Fohl habe etwas gelernet / ſo muß man wieder auf ein neues mit ihme anfangen / dann ſo man hernach einen aus dieſen Fohlen allein exerciren ſolle / weiß er weder hinter- noch fürſich; Siehet er ein Pferd/ es ſey auf der Reit-Bahn / Reit-Haus / oder im freyen Feld / ſtehen oder reiten / ſo laufft er zu demſelben / und vermeint / was ſelbiges thun werde/ daß er es auch thun ſolle / läſſt ſich auch offtermal mit Peitſchen nicht darvon treiben/ welches ihme dann hernach ſchwerlich mehr abzugewehnen/ oder gar eine lange Zeit und Mühe erfordert / bis ſolches Laſter wieder bey ihme vergeſſen iſt.

❧:(o):❧

Cap. XXIII.

Qualis procedendi modus cum pullo porrò sit instituendus.

SI pullus paulisper in ordinem fuerit redactus, in gyro spatiosiori circumagatur, pastomide incessanter exerceatur, mox retrahatur, rursusque antrorsus agitetur; modò oblique flectatur, idque sæpiuscule fiat; semper tamen pedetentim, ne tergum cum posterioribus æquo plus introrsum ad latus reflectat: sed primò anteriorem corporis partem reflectat, posteriori verò parte repentè sequatur. Postquam igitur equum exercitaverit eques, cui labori ordinariè ad minimum dimidiæ horæ spatium impendet, ad succussationem pergat, ita tamen, ut nec in excessu nec in defectu peccet; cùm pulli & robore, & anhelitu discrepent. In hac verò succussatione immotis pugnis assiduò laboret eques, ut equus quasi contrahatur, levibusque pedibus assuescat, gradumque ad subtilissimum quodcunque adminiculum sistere discat. Succussando autem prolixum semper spatium emetiatur, ne inclinationi ad latus pullus assuescat. Dum verò hoc modo spatiosam Voltam absolvit, interdum etiam angustum circulum (qui pro ea temporis conditione ad minimum quatuordecim passus contineat) exhibeat, verum non adeò crebrò, manuque quàm rarissimè variet.

Pullo igitur hac in re promptum, non verò malitiosum sese gerente: ad lectionem quæ pro equi conditione spatium 80. præter propter passuum requirit, transitus fieri potest. Quælibet verò Volta in hac lectione quindecim passus latitudine comprehendat. In hac lectione per septimanam una aut altera vice pullus exerceatur, ut pergere discat, caput in decora positura gerat lenisque fiat. Nequaquam verò equus temperamenti cholerici hac lectione exerceri debet, cum tanto magis ac magis furiosus reddatur.

Equi calidioris temperamenti in Volta exerceantur capaciore, dispescendâ in quatuor Voltas minores, quarum quælibet pro eâ temporis ratione passus undecim aut duodecim latitudine contineat. In illis impigrè exerceantur, ut crebris versuris defatigati, furoris obliviscantur. Tunc verò temporis nunquam ad alteram manum in Volta versura instituatur, donec in Galoppo etiam ad debitam perfectionem pervenerint, caputque cum clunibus appositè & libenter teneant: sed gradus antea semper sisti debet. Exempli gratia: Si lectio quæ decussatim fieri solet, Repulon, aut prælonga lectio dextram versus cum illis exerceatur, variatione in medio factâ, à dextra tamen recessus fieri non

Das XXIII. Capitel.

Wie man weiters mit den Fohlen procediren solle.

WAnn nun der Fohl sich in etwas gegeben/ soll man denselben weit nehmen / stets mit dem Cavezon arbeiten/ hintersich ziehen/ dann wieder fürsich gehen lassen / und solches offt thun / wie auch offt auf die Seiten treiben / jedoch alles Fuß für Fuß / und daß das Pferd zu erst die Grouppe nicht zu viel halte / sondern fornen erst wende / und hinten gleich darauf folge; Wann der Reuter nun sein Pferd gearbeitet hat / welches ordinariè nicht weniger als eine halbe Stund seyn solle/ alsdann solle ers traben/ doch nicht zu viel oder zu wenig/ dann eines mehr Stärcke und Athem als das andere hat / und in diesem Trab muß er wol arbeiten / doch mit stäten Fäusten / damit das Pferd fein kurtz zusamm / und einen leichten Fuß überkomme / und leiß auf die Parada werde / doch soll er solches allezeit weit traben / damit es sich nicht auf eine Seit hängen lerne/und wann er also eine weite Volta trabet / bisweilen einen engen Ring oder Volta mit ihme machen (welcher enge Ring oder Volta auf das allerkleineste zu der Zeit vierzehen Schritt breit seyn solle) aber nicht zu viel/und selten die Hand mit ihme wechseln.

Wann er nun hierinnen willig ist / und keine Boßheit begehrt an sich zu nehmen / alsdann soll man eine lange Schul mit ihme machen / welche ohngefehr mehr oder weniger (nach dem deß Pferds Qualität mit sich bringet) 80. Schritt lang seyn soll/ die 2. Volten aber in dieser Schul mögen ein jede 15. Schritt breit seyn/ diese Schul soll man ihme die Woch einmal oder zwey weisen/ damit das Pferd avanciren lerne/ beym Mann bleibe / und leiß werde / mit nichten aber solle man ein hitziges Pferd hierinnen actionirn/ sonsten es dadurch nur desto mehr furie nehmen wird.

Hitzige Pferd soll man in eine zimliche Volten nehmen / und die Volten in vier kleine Volten theilen / welche Volten jede in dieser Zeit eilff oder zwölff Schritt breit/ und sie darinn wol exerciren/ so müssen sie immer wenden / und vergessen dadurch ihre furie, man solle aber niemaln die Volta noch zur Zeit mit ihnen auf die andere Hand wechseln/ bis sie im Galopp just seyn / und den Kopff und die Grouppe wol und gerne halten / sondern allemal vorhero pariren / als zum Exempel; Wann man eine Creutz-Schul / Repulon oder lange Schul mit ihnen auf die rechte Hand machet / und in der Mitten durchwechselt / soll man ein als den andern Weg auf der rechten Hand bleiben / und die andere Volta auch rechts machen / und wann man pariren will / auf der Mitten der Linea pariren; Alsdann

debet; secunda etiam Volta itidem dextrorsum fiat; si verò gradum sistere placuerit, id fiat in medio lineæ. Deinde pedetentim antrorsum eques progrediatur, & in secunda Volta sinistrorsum equum reflectat, & succussatione exerceat, ad eundem planè modum qui antea dextrorsum, gradum sistendo & progrediendo fuerat observatus, quamdiu temporis ratio illud permiserit: Omninò tamen in defectu potius quàm in excessu in exercitatione peccare malit.

In hac lectione si equus aliquoties per septimanam fuerit exercitatus, decussatim etiam in Volta periculum Equiso faciat, minimè verò succussando versus alteram manum variatio instituatur, ut equus clunes caputque in convenienti positura teneat: aliàs si antequam in versura versus unam manum equus abundè excellat, ad aliam statim manum saltus fiat, omnis labor irritus est, & in cassum impenditur, cùm quoties postmodum per lineam decussatam, aut super linea Voltæ claudantur, versuram semper instituere sit tentaturus.

Quod si in his omnibus equus morem gerat, etiam alteram manum versus volta vertatur; quod tamen antequam pedetentim sæpius equo monstraveris, fieri non debet, sed hunc in modum tentari potest: Primò Volta satis spatiosa dextram versus fit, per eam in medio super linea recta decussatim variatio instituitur, ubi ad medium Voltæ pervenitur, equo femur dextrum, unâ cum surâ ad cingulum firmiter applicatur, caput sinistram versus vehementer flectitur, habenæque cum fræno attrahuntur, ut suffraginibus aliquantisper incumbat, clunesque in convenienti loco reponat: quo facto, femur sensim removetur, & inter versuram anteriori flexuræ dextræ adminiculum admovetur.

Si verò denuò dextram versus versuram instituere placeat, in medio sinistrum femur applicetur, caput autem dextrorsum, attractis habenis flectatur; postea ad pergendum incitetur, versurâ dextram versus factâ: applicando insuper sinistræ anteriori flexuræ sinistrum pedem cum stapede, ut horum adminiculorum equus certus esse possit.

Hanc itaq; lectionem si pedetentim absolveris, succussando eadem etiam continuetur; minimè tamen nimis crebrò: & si acciderit, ut inter versuram ex succussatione in Galoppum incidere equus præsumat, minimè tamen illud ferendum est, si vel maximè Galoppus omnibus numeris esset absolutus, femoribusq; apposite equus incederet, sed simul ac unum aut alterum impetum fecerit, ad succussationem illicò iterum adigatur. Si enim opportunum tempus affulserit, OMNIA SPONTE FLUENT. Prius namque in succussa-

dann Fuß für Fuß fürsich reiten / und das Pferd in der andern Volten auf die lincke Hand wenden und traben / wie vorhero auf die rechte Hand beschehen / pariren und procediren / so lang es Zeit ist / jedoch in allweg dem Pferd ehender zu wenig / als zu viel thun.

Wann man nun das Pferd in dieser Lection die Woch etlichmalen exerciret / soll man es ihme auch in der Volta durchs Creutz weisen / niemaln aber dardurch im Trab auf die andere Hand changiren / damit das Pferd die Grouppe und Kopff halte / sonsten ist alles verspielt und verloren / wann man ehender mit dem Pferd auf die ander Hand wechselt / bevor es in der einen durch die Wendung noch nicht recht versichert ist / sintemal sie hernach allemal wenden wollen / so offt sie durchs Creutz oder auf der Linea durchgeschlossen werden.

So nun ein Pferd in diesem allem obediret / so solle es auch hinfüro auf die ander Hand durchgeschlossen werden / aber solches solle nicht beschehen / bis mans ihme vorhero Fuß für Fuß wol gewiesen hat / welches auf nachfolgende Weis beschiehet: Man macht erstlich eine zimliche Volta auf die rechte Hand / dardurch wechselt man in der Mitten Creutzweiß auf schnurstracker Linea hindurch / so man in die Mitten der Volta kommt / hält man dem Pferd den rechten Schenckel vest mit dem Waden an dem Gurt an / hält den Kopff wol lincks / und verhält die Zügel mit dem Zaum / damit sich das Pferd in etwas setze / und die Grouppe gebe / wann diß geschehen / thut man den Schenckel allgemählich wieder hinweg / und hilfft ihme im Wenden mit dem Bügel an dem vordern rechten Bug.

Will man dann wieder auf die rechte Hand wenden / so hält man ihme in der Mitten den lincken Schenckel an / und den Kopff auf die rechte Hand mit verhältenen Zügeln / bis die Grouppe geben ist / alsdann läst man ihn avanciren / und wendet auf die rechte Hand / mit Anlegung deß lincken Fusses mit dem Bügel in den vordern lincken Bug / darmit sich das Pferd dieser Hülffen versichere.

Wanns nun Fuß für Fuß diese Lection machet / alsdann solle man es im Trab auch continuiren / doch nicht so gar offt / und da es sich zutrüge / daß es in der Wechslung im Trab den Galopp nehmen wolte / soll man es ihme dannoch nicht zulassen / wann der Galopp schon recht wäre / und er mit seinen Schenckeln just käme / sondern da er einen Satz / oder zwey gethan / alsbald wieder in Trab bringen / dann wanns Zeit ist / wird sich dieses alles wol finden / es muß vorhero im Trab mit der Grouppe gewonnen werden / alsdann wird der Galopp schon kommen.

tione posterioribus equum conciliari oportet, tunc Galoppus parvo labore constabit.

Succussando etiam lectio Repulonis tentari potest, duæque præcedentes lectiones alternatim reciprocari: ita quidem ut Volta fiat constans latitudine sex passuum, linea verò longitudine lectioni prælongæ respondeat, pullo enim Volta quantum fieri potest, extendi debet.

Aliàs lectiones Repulonis, ut & ambæ Voltæ divisæ in lectione prælonga, nec non quatuor circuli, quoad spatium capacitatis longitudinem ipsius equi non debent excedere. Ejusmodi Voltæ Repulonis apposite claudantur, & priusquam instituatur variatio (sicuti in præcedentibus etiam lectionibus mentio facta est) habenæ equo paulisper attrahantur, femurque admoveatur, ut antequam progrediatur, clunibus eam quam exhibere debet, posituram exhibeat.

In Repulonis enim clausura dextram versus, & progressione sinistram versus, ad lineam equus adeò accuratè debet verti, ac si rectâ antrorsum reflectere animus esset. Postea femur dextrum applicetur, frænum attrahatur, mensuraque interiore sinistri femoris parte præbeatur, ut sinistram versus sibi progrediendum esse ex indubiis istis notis equus animadvertere possit. Simili modo variatio dextram versus debet procedere, sinistro femore equo adhibito, dextro verò mensurâ ab intra suppeditatâ.

Posset etiam Repulonis duplicati periculum fieri, qui hunc in modum exercetur. In fine lineæ, duæ Voltæ juxta se invicem magnitudine omninò parallelæ ponuntur. Extremâ igitur N. 1. signatâ succussando bina vel trina vice dextrorsum absolutâ, variatio ad alteram sinistrorsum instituitur N. 2. indigitatam, hacque itidem toties quoties præcedens absoluta fuerat, expedita, variatio denuo in Voltam primam N. 1. indicatam, dextrorsum instituitur. In quâ si ititidem tot Voltæ confectæ sint, rectâ super lineâ eques progreditur sinistram versus; atque ubi ad Voltam tertiam, N. 3. insignitam, perventum est, aliquoties sinistram versus versurâ facta, variatio dextrorsum in Voltam quartam instituitur, ex hac verò rursus in Voltam tertiam lævam versus, ab hac autem dextrorsum super linea eques progreditur. Hæc lectio non minus elegantem ac decoram, quàm ipse simplex Repulon clausuram requirit, gradusque in medio lineæ, sicuti in Repulone simplici sistitur.

Ad eundem planè modum lectionem ophiomœam (conf. N. 5.) pullus succussando expediat, processu hunc in modum instituto. Primo Volta rotundâ dextrorsum fit lit. a. qua super linea in medio perruptâ, ad secundam usque Voltam lit. b. pergitur. Ab hinc variatione denuò dextrorsum super

Es soll auch der Repulon mit ihme getrabt und mit beyden vorhergehenden Lectionibus bisweilen umgewechselt werden / also / daß man eine Volta von sechs Schritt breit mache / die Linea in der Läng als die lange Schul / dann für junge Pferd muß man die Volta weit genug nehmen.

Sonsten sollen ordinariè die Repulon, wie auch die zwey abgetheilte Volten in der langen Schul / und die vier Volten nicht weiter als Pferds-länge seyn / solche Repulons Volten sollen wol geschlossen / und vor dem Wechsel derselben das Pferd / gleich wie in vorhergehender Lection / mit den Zügeln deß Zaums in etwas verhalten / und der Schenckel angelegt werden / damit es sich setze und die Grouppe für der Avancirung gebe.

Dann in Schliessung deß Repulons auf die rechte und Avancirung auf die lincke Hand muß man das Pferd so scharff an der Linea wenden / als wann man rechts wenden wolte / dann ihme den rechten Schenckel andrücken / mit dem Zaum verhalten / und das Tempo mit dem innwendigen lincken Schenckel geben / darmit das Pferd dardurch der Avancirung auf die lincke Hand versichert werde / gleichermassen muß man auf die rechte Hand wechseln / und ihm den lincken Schenckel anlegen / und mit dem rechten das innwendige Tempo geben.

Man kan auch den doppelten Repulon mit ihme machen / welcher also exercirt wird / man macht zwey Volta zu End der Linea nebeneinander / eine so groß als die andere / wann man nun die äusserste N. 1. zwey oder dreymal auf die rechte Hand getrabt hat / so wechselt man dann in die N. 2. auf die lincke Hand / und da die auch so viel als die andere getrabt worden / wechselt man wieder in die erste / N. 1. auf die rechte Hand / alsdann da man in deren wieder so viel Volten gemacht hat / so avancirt man gerad aus auf der Linea auf die lincke / und wann man kommt zur dritten Volta mit N. 3. so wendet man lincks fort etlichmalen / alsdann changirt man in die vierdte Volta auf die rechte Hand / und von deren wieder in die dritte Volta auf die lincke Hand / und von dieser passirt man rechts fort auf der Linea, diese Lection muß eben so wol und nett geschlossen seyn / als der einfache Repulon: auf mitten der Linea ist die Parada, gleich wie im einfachen Repulon.

Gleichermassen soll man auch die doppelte lange Schul mit ihme traben / vid. Nr. 5. welche auf nachfolgende Weise geschiehet: Man macht erstlich eine runde Volta auf die rechte Hand / lit. a. und bricht mitten durch auf der Linea auf die lincke / bis zur andern Volta lit. b. hernach wann man wieder auf der Linea rechts c. changirt hat / und in

die

linea instituta, transituque in primam Voltam lit. a. signatam, facto; Prima hæc Volta in duas dextrorsus dispescitur; deinde duæ illæ in unam denuò transeunt: Variatione porrò sinistram versus super linea in Voltam secundam lit. b. notatam, instituta: quâ itidem in duas Voltas lævam versus divisa, tandemque in unicam denuò redacta, progressuque porrò dextram versus antrorsum super linea facto, gradus in medio sistitur.

Præprimis autem in omnibus hisce lectionibus præscriptis sedulò notandum est, post institutas variationes habenas equo probè esse attrahendas, & ut clunes eâ qua decet positura teneat, recteque se collocet, operam dandam esse. Caput insuper equi dextrè teneri, & mensuram interiori femoris parte apprimè observari oportere, quippe quæ validâ impressione in stapede facta, mensuram equum antrorsum protrudentem efficit.

die erste Volta lit. a. kommt/macht man aus dieser einen zwey Volten auf die rechten/machet dann wieder eine daraus / und wechselt lincks auf der Linea fort in die andere Volta lit. b. und machet da auch zwey Volta lincks/und dann letzlich die gantze Volta lincks / und dadurch auf der Linea wieder rechts fürsich/die Parada ist in der Mitten.

Man muß aber absonderlich in allen diesen vorgeschriebenen Lectionen in Acht nehmen / daß man das Pferd auf den Wechsel wol verhalte / und die Grouppe gebe/darmit sich das Pferd wol setze/ wie auch dem Pferd den Kopff wol halte / und das Tempo mit dem innwendigen Schenckel/ welches mit dem harten Tritt deß Bügels ein recht fürsich schiebendes Tempo machet/wol in Acht nehme.

Cap. XXIV.

Quo tempore pullus primâ vice in campo exerceri debeat.

TAm pullo quam equo provectioris ætatis nihil magis proficuum accidere potest exercitatione campestri: per eam enim pullus depositâ ferociâ tractabilis redditur, recta & antrorsum progredi, variaque objecta perferre assuescit: adde quod unius horæ spatio plus emolumenti circa domituram parari possit, quam in Catadromo aut palæstra equestris domituræ intra trihorium integrum sperari posset; quin imò unicam lectionem pullo in libero campo suggestam pluris æstimo, decem aliis quas in Palæstra aut Catadromo, in quo libertate caret, imbibit.

Quapropter quamprimum aliquamdiu à columna pullus sit remotus, & exercitationi, quæ sine columnæ subsidio fit, pastomidique ferendæ parumper assuetus (si quidem anni tempus id indulgeat) summo diluculo, auraque frigidula eques in campum cum eo progrediatur, primoque pedetentim mox recta, mox oblique incedere per campum jubeat, pastomideque probè exerceat. conf. LXXXXII. Hac ratione non solùm & caput & collum immotum geret, sed & si per campum transversum agatur, modoque per porcam deorsum, modo per sulcum elatum sursum incedere necessum habeat, sensim semetipsum corrigere, gressibus securis assuescere, femora erecta collocare, titubationem deserere, elegantem erectamque corporis, colli, capitisque posituram induere incipiet.

Eques tamen non semper in planicie oberret, sed modò per acclivia, modò per declivia loca, minimè tamen præpete incitato-

Das XXIV. Capitel.

Wann man einen jungen Fohlen das erstemal ins Feld reiten solle.

NIchts nutzlichers ist / so wol einem jungen als auch einem alten Pferd / als das Feldreiten / dann dardurch wird ein jung Pferd fromm und thätig / lernet gerad aus und fürsich gehen/ kommt ihm allerhand unter das Gesicht / und kan darneben in einer Stund mit der Arbeit mehr verrichtet werden / als auf dem Reitplatz oder Reithaus in dreyen Stunden mit ihme beschehen kan / ja ich halte in allen Unterweisungen die ein Pferd vom Reuter annimt im freyen Feld mehr als von zehen andern im Reithaus oder an einem andern Ort wo es eingesperret ist.

Derowegen solle der Reuter seinen Fohlen/ so bald er eine Zeitlang vom Pilier kommen / und mit ihm allein etwas hanthieren kan / und desselben mit dem Cavezon ein wenig mächtig ist / alsbalden (wann die Zeit im Jahr darnach) doch muß solches frühe und in der Kühle allezeit beschehen / den Fohlen in das Feld reiten / und denselben erstlichen Fuß für Fuß/ gerad aus überzwerch Feld gehen lassen / und wol mit dem Cavezon arbeiten / besiche N. LXXXXII. dardurch er nicht allein stät vom Kopff und Hals wird/sondern wann er also über die Aecker geritten / und bald in ein Furch untersich/ bald auf die Bett übersich tretten muß / strafft er sich allgemach / und lernet fürsichtig tretten / und seine Schenckel gerad setzen / er vergisst auch das Schwancken mit dem Leib hin und wieder / und kommt also zu einem schönen geraden Leib / und guten Postur deß Halses und Kopffs.

Es muß aber der Reuter nicht allemal in der Ebne mit ihme bleiben/sondern offt Berg auf Berg ab / arbeiten / aber nicht jagen / sondern diß Feldarbei-

que cursu pullum exerceat, sed pedetentim saltim maximâ ex parte fieri oportet hanc exercitationem campestrem; Si enim pullus incitato cursu nimium agitaretur, maturè concidens expiraret; Exercitatione contra tardigradâ, suspenso placidoque gradu incedere perget, anhelitumque facilem acquiret. Exercitatione igitur sensim hoc modo ad dimidiam horam (si fieri possit in novali recens effracto, sin minus in vervacto saltim) protracta, succussando spatiosa primùm Volta absolvatur, postea sequatur lectio ophiomœa, ut versuræ paulatim assuescat: porrò gradus leniter sistatur; aliquoties in transversum, minimè tamen in ipsâ Voltâ agatur, sed saltim super linea rectâ: tandem exercitatione repetita stabulum versus rursus pergat: Si equus morem gesserit, blandimentis eum demulceat, & eo quo decet modo in mandrâ inverso modo alligari curet.

arbeiten muß meistentheils Fuß für Fuß geschehen/ sonsten wann man den Fohlen viel jagen wolte/ würde man bald ausgejagt haben/ dadurch wird der Fohl leiß gemacht/und bekommt einen gutē Athem; Wann man nun denselben eine halbe Stund also gemählich gearbeitet hat/ (wanns seyn kan/ in einem neu-gepflügten Acker/ wo nicht/ thuts ein Brach- oder Stupffel-Acker auch wol/) soll man erstlich einen weiten Ring oder Volta mit ihme traben/ hernach die Schlangen-Ring/ damit sich das Pferd etwas wenden lerne/ sittsam darauf pariren/ auf die Seiten etlichmal treiben/ doch niemaln in der Volta, sondern nur auf gerader Linea, und dann folgends fein allgemach arbeiten/ und nach Haus ziehen/ das Pferd/ so fern es schön gethan/ charessiren/ und der Gebühr nach im Stand herumhefften lassen.

Postea si domitus sit pullus, varię lectiones in campo, non minus ac in ipsa equestris domituræ palæstra exhiberi possunt: In campo tamen illud observetur, ut sępius ad acclivitatem quandam pullus exerceatur, quum hoc equi motu posteriora corporis promoveat, ex anteriori corporis parte levipedem efficiat, equumque suffraginibus tutò incubare alliciat. In hac verò lectione regimen pastomidis, probè observandum est: sicut & illud diligenter volo inculcatum, me per novale recens effractum nullatenus intelligere humum paludosam; nec quod nimis diu in novali equum exerceri oporteat, mihi placere. Quum brevi temporis spatio ad talos usque equus disperderetur. Quoties insuper gradus sistitur, equus aliquantisper retrahatur & antrorsus rursus propulsetur.

Man kan hernach/ wann das Pferd gewonnen ist/ allerley Schulen im Feld mit ihme machen/ gleichwie im Reithauß/ doch solle man diß im Feld in Acht nehmen/ daß man offt in einer Callada, das ist ein abhangend Ort/ solches exercire/ das gibt eine veste Grouppe, macht fornen leicht/ und versichert das Pferd auf die Hexen/ man muß aber in dieser Lection seine Cavezon wol in die Höhe halten; Allein warne ich einen jeden hiermit treulich/ daß man aus dem neu-gepflügten Acker keinen Morast verstehe/ oder gar zu lang das Pferd darinnen reite/ sonsten man in einer kleinen Zeit das Pferd damit in Boden hinein auf seinen Knochen verderben würde/ und muß das Pferd auf allen Paraden etwas hintersich gezogen/ und wieder fürsich geritten werden.

Imprimis verò in acclivitate gradus non adeò duriter sistatur, ne in posterioribus exarticulationem patiatur pullus, aut alio quopiam dolore afficiatur.

Insonderheit aber solle man auf der Callada dem Pferd keine gar harte Parada geben/ sonsten es sich leichtlich im Creutz verzucken und ihme wehe thun würde.

Præter campestrem etiam exercitationem sæpiusculè quoque in plateis civitatis, in quibus variæ officinæ fabrorum, thoracopœorum, serariorum, æratiorum, vietorum, plaustrariorum, tinctorum, stannariorum, alutariorum, textorum, pannitonsorum, figulorum, æramentariorum fusorum, molarum, & ubicunque insolitus strepitus, atq; objecta perrara occurrunt, eques sæpiusculè ultrò citroque commeet, ut pullus varietate audibilium visibiliumque à pavore & trepidatione abstrahatur.

Uber diß/ wann man also ins Feld reitet/ solle man offt in der Stadt in den Gassen auf und abreiten/ da allerley Handwercker sind/ als Schmid/ Plattner/ Schlosser/ Kupfferschmid/ Büttner/ Wagner/ Ferber/ Kandengiesser/ Gerber/ Knappen/ Tuchscherer/ Häfner/ Rothgiesser/ Mühlen/ und alles/ so ein seltzames Getös und Aussehens machen kan/ darmit dem jungen Pferd allerhand ins Gesicht und Gehör komme/ auf daß es nicht scheu und schricklich werde.

Eadem ratione equus formatus, si tempestatis occasio arrideat, semel per septimanam pedetentim in campum educatur, ut anhelitum aliquantisper rectà emittat & insolita objecta visui ipsius obtrudantur.

Und solle auch eben dieser Ursachen halben ein abgerichtetes Schulpferd/ wanns Wetter darnach ist/ die Wochen einmal ins Feld/ Fuß für Fuß geritten werden/ damit es ein wenig gerad aus den Athem verblase/ und etwas fremdes ins Gesicht bekomme.

Das

Cap. XXV.

De passu & succussatione scholasticâ, cui usui conducant? de vitiis item & erroribus quos equi hic committant, & quomodo iidem corrigi & emendari possint.

PAssus scholasticus aliud nihil est quam duorum equi femorum coæqualis motio, qua scilicet ex uno latere à parte anteriore unum femur, alterum verò ex altero latere à parte posteriori tardè & pedetentim motitatur. Sicut etiam motiones succussationis eodem planè modo fiant, excepto quod hæ ipsæ longè celerius, quam motiones passuum scholasticorum, genubusque magis incurvatis fieri soleant.

Succussatio verò bonæ notæ cruribus fiat à terra satis sublevatis, in qua equus femora anteriora aliquantum protensa, simul attrahit, suffraginibus verò posterioribus strenuè insequitur: modoque decenti eadem attrahit, nec quasi claudicaret negligenter eas trahit. conf. N. XV. XVI.

Varia autem sunt vitia quibus equi nonnulli, tam quoad passum, quàm quoad succussationem obnoxii, artis verò beneficio atque industria quadantenus corrigibilia sunt.

Primum vitium tam in passu quam in succussatione oritur ex incurvatione capitis ad hoc vel illud latus crebrò repetitâ, ejusque protensione, ut recta prospicere non possit.

Ex quo fit, ut femur dextrum, sinistrum transeat; quapropter super linea recta permanere non potest, sed oblique, serpentinoque gradu, id est flexuoso incedere necesse habet.

Vitii autem origo hæc est, si nimirum equus nunquam ad columnam prius sit exercitatus, sed à prima statim equitatione, in manus imperiti equitis inciderit; aut ad currum, capite obliquè & fune nimis curto alligato, jugatus fuerit.

Hoc vitium ut corrigatur, eâ habena, à quo latere capite deflectit, probè exerceatur, & si progredi recusaret, id ipsum femur, ad quod latus capite inclinat, planum applicetur.

Quæ omnia si adhuc sint frustranea, loro saltatorio pullum vincito, & priusquam illum conscendas circa columnam aliquoties circumagito, simulq; in eo latere, in quo caput belle gerere detrectat, lorum aliquantisper decurtato, ut Voltam (gyrum) versus respicere necessum habeat, magisq; versus hanc, quam alteram manum versus, exercitato, repenteq; iterum antrorsum remeare jubeto, circumactione semper in Volta spatiosiore facta, donec morem tandem gesserit. Postquam verò domitus sit, eques descendat,

Das XXV. Capitel.

Was der Schul-Schritt und Trab/ und worzu er dienlich seye/ wie auch von desselben Fehlern und Mängeln / so die Pferd hierinnen begehen / wie dieselbe wieder zu corrigiren und zurecht zu bringen seyn.

DEn Schul-Schritt ist nichts anders / als eine gleiche Bewegung deß Pferds zweyer Schenckeln / als nemlich einen vornen auf einer / den andern hinten auf der andern Seiten/ doch daß es langsam / und Fuß für Fuß geschehen muß / wie nicht weniger die Bewegung deß Trabs ebenermassen sind / ausser daß dieselbe viel geschwinder / als diese im Schul-Schritt gehen / und mit viel-mehr gebogenen Knien geschehen.

Ein rechter Trab aber soll seyn wol erhebt / in deme das Pferd seine Schenckel vornen zimlich weit hinaus wirfft / darneben aber an sich ziehet / und mit den hintern Schenckel darneben wol avanciret / und dieselben auch gebührender massen an sich ziehet / und nicht nach sich schleppet / als wann es lahm wäre. Besiehe N. XV. XVI.

Es sind aber vielerley Mängel / welche theils die Pferd im Trab und Schritt an sich haben / so durch die Kunst können etlicher massen corrigirt werden.

Der erste Mangel sowol im Schritt und Trab ist / wann ein Pferd immerzu den Kopff auf eine Seiten sehr krümmt / und hinaus strecket / also nothwendig es nicht recht vorsich siehet.

Daraus dann entstehet / daß es seine Schenckel nicht gerad aufeinander setzet / derentwegen es also überzwerchs daher gehet / und nicht auf gerader Linea bleiben kan / und also einen krummen Gang wie eine Schlang machet.

Und entstehet daraus / wann man ein Pferd vorhero niemaln am Pilier exerciret / sondern gleich also vom Auffstellen ein Unverständiger geritten hat / oder ist lang an einem Wagen gangen / an welchem ihme der Kopff auf eine Seiten kurtz gebunden worden.

Dieses Laster nun zu corrigiren / soll man es mit dem jenigen Zügel wol arbeiten / von welcher Seiten es mit dem Kopff abweicht / und da es nicht fürsich gehen wolte / demselben den jenigen Schenckel blatt anschlagen / eben auf der Seiten von welcher es den Kopff beuget.

Und da alles diß nicht helffen wolte / so leg ihme eine Gamarrà an / treib es etlichmal darmit um den Pilier ehe du es reitest / und mache ihm zugleich auf der jenigen Seiten / auf welcher es den Kopff nicht halten will / etwas fürters / damit der Kopff dahin / und in die Volta sehen muß / exercire es auch mehrer auf diese als auf die andere Hand / ziehe es offt auf die Parada zuruck / und laß stracks darauf wieder fürsich gehen / und exercirs allezeit weit / bis es gehorsamet / nach deme du ihn gewonnen / wieder allein / und gib ihme seine ordentliche Lection.

 Der

exercitationemque eandem à capite ad calcem reassumat, lectionibusque ordinariis instituat.

Alterum vitium ex titubatione capitis propullulat, dum equus scilicet modo deorsum, modo obliquè nutat atq; vacillat. Ejusmodi Equo melior correctio suppeditari non potest, quàm ut Gamarræ nec nimis arctæ nec nimis laxæ alligatus, immotâ manu circa columnam exerceatur: quod si ad columnam redditus sit promptus & agilis, in campum educatur, impigreque ibidem excolatur, antrorsum retrorsumque crebrius agitetur, à nimia verò succussatione, & duriore Parada, omnino Equiso abstineat.

Tertium vitium est, si equus posteriori corporis parte, modò horsum, modò illorsum titubet; ortumque trahit vel ex clunium læsione vel ex ætatis teneritate, quando propter casum dentium, aut aliam ob causam pullus adhuc debilis est; vel si ætatis jam sit provectioris, ex nimio robore illud agit; imprimis si simul etiam calcitret, ex mera malitiâ ejusmodi titubationem provenire infallibile argumentum est: quippe aut roboris sui rationem perspectam habet, aut pugno inconstanti exercitatus est.

Huic vitio ut remedium adhibeatur, Gamarra itidem applicetur, pugnus manusque geratur immota, ad funem prælongum exerceatur, à nimia succussatione eques abstineat, usque dum domitus fuerit, rectoque corpore incedat.

In campo autem ut impigrè exerceatur necesse est, gradus sistatur molliter, finitaque Paradâ sæpius retrahatur.

Quod si vitium ex affectu clunium ortum traheret, maturè pullus ab Hippodromo relegetur, quum oleum alias & opera perdantur, reliqua verò vitia patientia & assiduo labore medelam admittant.

Quartum vitium est calcitratio in soleas: oriturque vel ex equi infirmitate, vel ex dorsi imbecillitate: Committunt insuper hoc vitium illi equi, quorum statura corporis posterior, anteriori sublimior est, quorumque crura posteriora prioribus sunt longiora. Quandoque quidem remedium admittit malum hoc, quandoque verò omninò illud respuit.

Si vitium oriatur ex dorsi imbecillitate, aut equi adhuc tenerioris infirmitate, aliquantum spatii condonandum ipsi est, nec nimis diu exercendus, donec vires paulatim affluant. Si verò correctio in melius sequeretur prorsus nulla, remedium optimum erit, ut ex catadromo in exilium proscribatur.

Quod si equus ex parte posteriore, priori sit sublimior, habenæ pastomidis decurtatæ sursum eleventur, agilique succussatione

Der andere Fehler ist die Unstätigkeit / indeme ein Pferd immerzu mit dem Kopff grellet und schnappet/ über sich/unter sich und auch zur Seiten/ denen ist nichts bessers als eine Gamarra in gebührlicher Weite angelegt/ und dapffer um den Pilier herum getrieben und darbey eine stäte Faust geführet / und wann das Pferd hierinnen am Pilier willig/ alsdann mit ihme ins Feld/ und wacker gearbeitet / offt hintersich und fürsich gehen lassen / und auch traben/ aber nicht zu viel/ in allem aber sich für scharffer Parada hüten.

Der dritte Mangel ist / wann ein Pferd hinten mit dem Leib hin und wieder schwanckt/ bald auf diese / bald auf die andere Seiten/ diß kommt daher/ wann es entweder Mangel im Creutz hat / oder als ein junger Fohl wegen deß Brechens oder anderer Sachen noch matt ist / oder so es schon bey Jahren/ so thut es auch aus übermässiger Stärck / bevorab so es auch darein schlägt / so ists ein gewisse Anzeigung / daß es aus Boßheit solches thue / indem es seine Stärcke weiß/oder ist mit einer unstäten Faust geritten worden.

Diesem Fehler abzuhelffen / soll man es auch in die Gamarra nehmen / seine Faust und Hand stät führen/ lang arbeiten/ und nicht viel traben / bis so lang es gewonnen / und gerad mit dem Leib gehet.

Man muß aber solches im Feld wol exerciren / nicht hart pariren/ und nach der Parada auch offt zuruck ziehen.

So es aber Mangel im Creutz hätte / wird solches auf der Schul nicht viel taugen/ sondern das beste ist/ bey Zeiten hinweg/ dann sonsten Mühe und Arbeit verloren gehet / den andern Mängeln aber kan man mit der Gedult und fleissiger Arbeit schon helffen.

Der vierdte Mangel ist in die Eisen schlagen. Dieser Fehler entstehet entweder aus Mattigkeit deß Pferds / oder so das Pferd schwach vom Rücken/ oder es thuns auch Pferd/ welche hinden höher als fornen seyn / und die Bein hinten länger als die fördern haben. Dieser Mangel läst sich zum theil auch/zum theil aber gar nicht corrigiren.

Wann es einem Pferd entstehet aus Schwäche deß Rückens und Mattigkeit / und es noch sehr jung ist / muß man ihme ein Weil zusehen / und es nicht lang exerciren bis ihme die Kräfften kommen möchten / dafern es sich aber nicht bessern wolte / ist die beste Kunst/von der Reitschul hinweg.

Kommts aber daß das Pferd hinden höher als fornen/ deme muß man die Cavezon-Strick kurtz und übersich halten / und solches hurtig von der

& impigro pugno in campo exerceatur; femora interdum equo applicentur plana, & si fieri posset, in subsidium vocetur acclivitas, ut eo melius equus subsidat; nec posterioribus cruribus in tantum progredi poterit.

Si verò omnis prorsus abesset acclivitas, aut usus ejus suspectus esset, globuli lignei suffraginibus posteriorum pedum alligari possunt, & ita nimia approximatio posteriorum pedum ad priores, erit sublata, priores verò pedes eo magis antrorsum terram appetent; Si quidem femoribus strenuè equum incitaveris. Quanquam non nulli Equisonum, equum imprimis provectioris ætatis intra Columnas elevent, & hâc ratione ex terra quam Attarum more atterunt magis, quam ambulant, sublevent; id quod interdum quidem felici successu procedit, fundamentum tamen equestris artis evertit. Quamvis enim in uno succedat prospere, remedium tamen nec universale nec satis tutum est.

Quintum vitium est si equi in succussatione pedes nimis elevent, iisdemque semetipsos tangant, id quod valdè etiam periculosum est. Oritur autem hoc vitium vel ex corporis brevitate, femorumque longitudine, cui corrigendo spes adhuc super est; vel quoad ungulas est plenipes, gravitateque corporis oneratur: cui si pedes in terram collocet, vehementer dolent; qua propter ex mero dolore pedes in tantum sublevat.

Hoc malum prorsus desperatum est, nec nisi ex hippodromo ocyus equum proscribas, quicquam emolumenti sperandum.

Si verò ex longitudine crurum vitium ortum trahat, suffraginibus tam anterioribus quàm posterioribus appendantur globuli lignei, succussandoque in agro lutoso aliquandiu exerceantur, atque in campo agitentur; habenæ pastomidis arctè contrahantur, ut ea qua par est positurâ caput gerat, quamvis parumper sint elevandæ: hoc modo omissa superflua crurum elevatione, equi in ordinem redigentur.

Sextum vitium est si decussatim equus omnes pedes quatuor committat, ungulasque sæpius sibimetipsi incidat: id quod non periculosum duntaxat præcipitii & supinationis præambulum est, sed & correctu quàm difficillimum.

Oritur autem vel ex genitura equi, intra crura nimis coarctati, cruribus tamen prælongis, & talis circa initium ungulæ præaltis præditi: vel ab initio statim in manus imperiti cujusdam Equisonis incidit, qui lorum saltatorium nimis arctè contraxit & intendit, ut necessario in terram depressus fuerit, nec (utpote per vim impeditus) alia ratione pedes collocare potuerit, sed hoc modo subsidium sibi quærat.

Faust im Feld hinweg traben / die Schenckel bisweilen dem Pferd blatt anschlagen / und wäre gut / wann man sich einer Callada hierinnen gebrauchet / so muß es sich dapffer setzen / und kan mit den hintern Schenckeln nicht so weit avanciren.

Könte man aber keine Callada haben / oder wolte sich derselben nicht bedienen / kan man dem Pferd die höltzerne Kugeln an die Fessel der hintern Füsse binden / alsdann wird es das allzuviele fürsich greiffen / mit den hintern Füssen / wol unterwegen lassen / und auf dapfferes Anmahnen der Schenckel mit denen fordern Füssen besser hinaus und vorwarts greiffen / wiewol etliche / bevorab wanns schon Pferde bey Jahren sind / dieselbe zwischen den Pilieren leviren / und es dardurch aus dem Boden bringen wollen / welches zwar bisweilen angehet / ist aber wider das Fundament deß Reitens / und obs schon bey einem hilfft / so ists doch bey vielen umsonst und gefährlich nachzuthun.

Der fünffte Mangel ist / wann die Pferd im Trab die Schenckel gar zu hoch aufwerffen / und sich selbsten damit reichen / welches gar gefährlich. Dieses entstehet entweder daß ein Pferd kurtz von Leib und lang von Schenckeln ist / welchem noch zu helffen / oder es ist vollhüffig / und hat einen schweren Leib dabey / und wann es die Füß nidersetzet / so hat es grossen Schmertzen / deßwegen für lauter Schmertzen es die Füß also hoch empor wirfft.

Solchem Ubel ist nicht zu helffen / und je besser je eher mit von der Reitschul hinweg / dann an diesem keine Ehre einzulegen.

Den ersten Mangel aber solle man also corrigiren / man solle ihme an die fordern Schenckel wie auch an die hintern die höltzerne Kugel hängen / und die Pferd eine Zeitlang darinnen in einem tieffen Acker traben / und ins Feld reiten / die Cavezon Zügel kurtz / und beym Mann / jedoch etwas erhöhet / so werden sie dardurch gewonnen werden / und die überflüssige Aufwerffung der Schenckel hinfüro unterwegen lassen.

Der sechste Mangel ist / wann ein Pferd mit allen vieren Creutzweiß die Füß schrencket / sich auch offt darmit auf die Hüff hauet / welches gar gefährlich / und zum Fallen das allergefährlichste Laster ist / so auch sehr schwer zu corrigiren.

Entstehet entweder vom Gewächs deß Pferds / weiln es zwischen den Schenckeln sehr eng gewachsen / und doch lange Bein hat / und hochgekegelt ist / oder es ist im Anfang deß Reitens durch einen Ignoranten mit dem Sprung-Riemen gar zu nieder und kurtz gespannet / und also in Boden gezogen worden / daß es aus Noth und Zwang die Füß also setzen müssen / und vermeinet ihme dardurch zu helffen und Lufft zu machen.

Hujusmodi equo remedium præberi aliud nullum poteſt, quàm ut tam anterioribus quàm poſterioribus ſuffraginibus appendantur globuli lignei, atque exerceatur surſum; porrò per campum & agros ſuper ſulcos, attractis habenis, ſtrenuè ſuccuſſando antrorſum agitetur, tardeque violentis anguſtarum Voltarum ſpatiis coarctetur, donec prorſus ex memoria hæc decuſſationis conſuetudo excidat: Cum nonnullis diu admodum adhæreat, difficulterq; eradicari omninò poſſit.

Deme iſt nicht anderſt zu helffen/ als daß man ihnen die Kugeln hinten und vornen anlege / ſie hoch arbeite/und in freyem Feld/über die Bett der Aecker/ jedoch mit verhaltenen Cavezon Zügeln / wol aus und fürſich trabe / ſolche Pferd ſollen lang nicht in die enge Volten genommen werden / darmit ſie diß Schrencken recht vergeſſen/ es hanget manchem lang an / und iſt ſehr ſchwer ſie gantz und gar davon abzugewehnen.

Septimum vitium eſt ſi equus pedes allevare repugnet, ſed ac ſi flectere eos non poſſet, rigentes protendat. Vitium hoc congenitum eſt, nec correctionem admittit, niſi Gamarra conſtrinxeris; quo facto aliquantiſper, minime verò plenariè vitium illud deponet, cùm ſit hæreditarium, vel ab admiſſario, vel ab equa pulli matre implantatum.

Der ſiebende Fehler/ſo ein Pferd ſeine Schenckel nicht heben will / ſondern die Füß ſtrecket / als wann es dieſelben nicht biegen köndte / dieſer Fehler kommt ihme von Natur / und iſt nicht zu vertreiben/ man ſpanne ihn dann in eine Gamarra, ſo wird es ſich etwas corrigiren / aber nicht völlig / dann es geerbt iſt / entweder vom Beſcheler oder von der Stuten/worvon der Fohl gefallen.

Hæc ſuccuſſatio caprina dicitur, cum tam paſſibus quam ſuccuſſatione greſſus hircinos ejusmodi equi imitentur.

Dieſer Trab wird ſonſt der Bockbeinichte Trab genennet / dann dieſe Pferd ſowol im Schritt als Trab einen ſolchen Gang an ſich haben.

Octavum vitium eſt, ſi equi pedes proferre renuant, ſed ſaltim palpitent: oriturque vel ex nimio fervore & ſenſibilitate, vel ex dorſi infirmitate.

Der achte Mangel iſt / wann ein Pferd nicht mit den fördern Füſſen hinaus greiffen will / und nur darmit zappelt. Diß entſtehet entweder aus groſſer Hitze und Empfindligkeit deß Pferds / oder daß es keine Stärcke im Rucken hat.

Si ex nimio fervore & ſenſibilitate ortum trahat, ſurſum ſtrenuè exerceatur, brevioribus tamen funibus & acclivitatibus adhibitis.

Iſt es aus groſſer Hitz und Empfindlichkeit/ ſo arbeite das Pferd wol überſich / jedoch mit kurtzen Stricken und gebrauch dich der Callada.

Si verò ex dorſi imbecillitate vitium illud propullulet, parcito equo per tempus modicum, donec ad integram ætatem pervenerit; tunc admittat ne correctionem nec ne, animadvertere facilè poteris.

Iſt es aber wegen Schwäche deß Ruckens/ ſo ſchon das Pferd noch ein Zeit/bis daß es zu ſeinem völligen Alter kommt / alsdann kan man ſehen / ob der Fehler zu corrigiren oder nicht ſeye.

Nonum vitium illud eſt, ſi equo ſit ſuccuſſandum, ille poſteriores pedes non attollat, ſed pedatim ſaltim gradiatur.

Der neundte Fehler iſt / wann das Pferd traben ſolle / ſo gehet es mit den hintern Füſſen nur nach/und hebt nicht recht darmit.

Oritur autem iſtud vitium à naturâ, & plerumque equus ejusmodi pronus eſt ad Paſſum, à quo vitio ut abſtrahatur, alligetur ad chordam, in ſuccuſſationem quæ habenarum attractione fit, cogatur, ſtimuloque ſive virgâ à poſteriori parte adminiculum præbeatur, tunc tergum cum anterioribus in ſublime equus attollet, atque calcitrabit femoraque attrahet. Servus inſuper à tergo equi ſcuticâ armatus ſequatur, ut niſi progredi velit, aut refractarium ſeſe gerat, eadem propellere poſſit.

Entſtehet von Natur / und ſind gemeiniglich dieſe Pferd zum Paſs geneigt / ſolchen ſoll man an eine Corda nehmen/ihn in einen verhaltenen Trab nehmen / und mit einem Stachel oder Spitzruten hinten helffen/ ſo wird das Pferd mit der Grouppe ſpilen / und die Schenckel an ſich ziehen / auch zugleich einen mit der Peitſchen hinterſich hergehen laſſen / darmit wann ſich wiederſetzen / und nicht avanciren wolte / er es forttreibe.

Hoc modo ſi ſæpius equus ſit exercitatus, ad ſuccuſſationem præpetem concitetur, finitaque Parada, ut ab initio, repetatur exercitatio, ſic femora alternatim attollere dubio procul addiſcet.

Wann es nun etlichmal alſo exerciret / ſoll man ihm einen ſchnellen Trab geben / und auf die Parada wieder exerciren wie zu Anfang / alsdann wird es mit ſeinen Schenckeln ſchon ſecundiren lernen.

Decimum vitium eſt, quod Equi nonnulli, quamvis viribus ſufficientibus inſtructi, ſuccuſſare tamen omninò nolint: ſed modo ſuccuſſent, modò ſaliant, non ſecus ac ſi Galoppo vellent progredi. Ortum ſuum

Der zehende Fehler iſt / daß etliche Pferd gar nicht traben wollen / ob ſie ſchon Vermögen genug darzu haben / ſondern bald traben / bald hupffen/als wann ſie in Galopp fallen wolten; Solches kommt ihnen entweder aus einer boßhafftigen Fantaſey/

haurit hoc vitium vel ex malitiosa quadam quam habent phantasiâ, dum cogitationibus quasi modo huc modo illuc divagantur, lectionis prorsus incurii, vel pugno inconstanti exercitati sunt.

Equi hujusmodi in Gamarram intromittantur, atque aut in agro lutoso, aut in loco acclivi impigrè succussentur, vel in campo diu ambulando exerceantur, ut constantiæ colli & capitis assuescant. Ut plurimùm enim inconstantiæ vitio simul laborant.

Vitium undecimum illud est, si equus semper naribus proptensis deorsum depressus incedat, pugnoque gravis sit.

Vitium hoc vel ex indecora corporis proportione propullulat, quam ab ipsa statim natura habet, dum scilicet à parte posteriori sublimior est anteriori, collo insuper crasso & curto, capite etiam pingui deformatur. Vel etiam ex putâ pura malitia id agit equus, elegantissimis licet naturæ & staturæ dotibus sit instructus.

Hujusmodi Equo ferrum istud prælongum admoveatur, sursumque impigrè exerceatur, ut pedibus allevatis terram vel tandem atterere desinat. Postea Gamarræ subsidio ii, qui nullo nativo vitio laborant, ad decentem posituram revocari tandem poterunt. Si verò equus adsit nativo defectu deformatus, Gamarræ machinâ non nimis coerceatur, sed libertati utcunque vindicetur: quum possibile non sit, quamvis in posituram quandam qualemcunque redigeretur, ut non deorsum magis depressus incedat, pugnoque gravis evadat.

Tandem notetur axioma illud: Nullum equum succussando exerceri debere, priusquam in passibus quod ajunt scholasticis tyrocinia strenuè deposuerit.

Cap. XXVI.

De Exercitio passuum in Volta, tam capite quam natibus columnam versus reflexis.

POstquam equus in succussatione satis est exercitatus, collumque cum capite satis roboravit, ab uno insuper latere ad aliud pedetentim urgeri se patitur, in spatiosâ etiam Voltâ corpore immoto, æquali corporis proportione passuum exercitio assuefiat: in angulis verò Voltæ & posteriora & caput Equi observetur, ut si errorem committere equus vellet, maturè in viam revocari possit, antequam vitium ex consuetudine in naturam transeat, quam duplicato postea labore vix eidem expellas. Ab initio tamen usq; dum lectionem equus est assecutus, nates non nimis teneantur conclusæ, conf. Num. XXI. XXII. XXV. XXVI. Vitia autem illa itidem varia sunt.

tasey/ welche sie haben / indeme sie bald auf diß / bald auf jenes dencken / und nicht auf die Lection/ oder sie sind mit einer unstäten Faust geritten worden.

Diese Pferd muß man in die Gamarra thun/ und sie im Acker / oder auf einer Callada wol traben / und lang im Feld spacissiren / damit sie stät von Kopff und Hals werden / dann gemeiniglich haben sie diß Laster auch darbey.

Der eilffte Mangel ist/ daß ein Pferd immerzu mit ausgestreckter Nasen / und untersich gehet/ darbey auf die Faust dringet.

Dieser entstehet entweder/ daß das Pferd übel gewachsen ist / hinten höher als fornen / darzu einen dick und kurtzen Hals / wie auch einen dicken Kopff hat / oder es thuts aus Boßheit / ob es sonsten schon wol gewachsen ist.

Diesem muß man das Eisen gebrauchen / und wacker übersich arbeiten/ damit sie aus dem Boden kommen / hernach kan man die wolgewachsene schon in der Gamarra in die Postur bringen/ einem übelgewachsenen Pferd aber soll man Freyheiten lassen/ dann es nicht möglich / wanns in ein Postur solte gebracht werden / daß es nicht noch mehr untersich gehen/ und auf die Faust dringen solte.

Schließlichen man solle kein Pferd in allen Lectionibus trottiren / ehe und bevorab ihme dieselbe zuvorhero im Schulschritt wol seyn gewiesen worden.

Das XXVI. Capitel.

Vom Passegiren in der Volta, sowol den Kopff als die Grouppe gegen dem Pilier.

NAch dem das Pferd im Trab wol exerciret / und den Kopff und Hals wol befestiget / auch sich von einer Seiten zur andern Fuß für Fuß treiben lässet / soll mans auch in einer weiten Volta mit gleichem Leib passegiren lehren/ und in den Ecken der Volta Acht auf die Grouppe und den Kopff geben/ damit/ wann das Pferd einen Fehler begehen wolte/ man ihme beyzeiten hierinnen helffe/ ehe es den Fehler an sich gewehne/ und darinnen erstarcke/ welches darnach mit doppelter Mühe geschehen muß; jedoch anfänglich / bis das Pferd die Lection gefaßt hat / die Grouppe nicht zu viel und geschlossen halten. Besiehe N. XXI. XXII. XXV. XXVI. Solche Fehler sind auch unterschiedlich.

Der

Primum est, si equus caput immotum ferre detrectat, & si vi eò adigatur tergum cum posterioribus ad latus malitiosè objicit.

Hujusmodi equo caput συναγωγεῖ incapistratum, habenis circulis juxta capitulum ephippii firmiter alligatis, ad illud ipsum latus, quo se flectere detrectat, alligetur; Nihilo tamen minus habenis ordinariis attractis, versus eandem manum firmiter teneatur; quandoque tamen respirationis spatio concesso; postea exteriore femoris parte habenisque exerceatur. Quod si etiam hoc modo se flectere detrectaverit, exercitatio tamen habenæ exterioris non cesset; extremaque femoris pars flexuræ anterioris pedis applicetur, insimulque adminiculum, virgâ eidem flexuræ admoveatur, sic flectere ulterius non repugnabit.

Secundum vitium illud est, si in Volta equus passuum exercitio imbuendus retrò identidem currit aut serpit, sicque extra lineæ pomœria divagatur.

Huic malo hocce adhibeatur remedium: Equus clunibus parietem versus sistitur, utraque pastomis, ut progredi non possit, validè attrahitur, sicque ab una manu alteram versus agitatur; pugno insuper & femoribus, sicuti aliàs in passuum exercitio moris est, exercetur. Quod si repugnet, & progredi detrectet, pedester aliquis subsidiū scuticâ præbeat, & à retroreptatione ocius abstinebit, lineæq; rectæ inhærebit. Siquidem quomodocunq; repugnet, hâc tamē lectione castigatur, nec solum erectus incedere, sed etiam egregiâ positurâ posteriora collocabit anterioresque pedes eò magis attollere addiscet. Si verò nullus paries sit in propinquo, equ⁹ ille informatori cuidam ad columnam, capite columnam versus verso, fune arctius concisiusque alligatus concredatur, eoque modo circa columnam exerceatur. Primâ autem vice pedester aliquis scuticâ adminiculum suppeditet ut à retroreptatione coërceatur, & ad versuram continuò cogatur. Hoc in puncto si in ordinem equus redactus fuerit, in Voltâ pòstmodum porrò exerceri potest.

Tertium vitium est, cum equus intra Voltæ spatium permanere tergiversatur, & semper antrorsum tendens pugno gravis est.

Vitium istud hoc modo corrigito. Equus iste ita collocetur, ut caput directè versus parietem aliquem vertat, exerceaturque super lineâ, adjuncto servo pedestri, qui ad progrediendum, caputque quàm proximè ad parietem gerendum, identidem urgeat. Interim equus sursum strenuè exerceatur. Eo enim modo ad permanendum super linea recta, omisso impetu antrorsus tendere, animum inducet.

Quartum vitium illud est, cùm equi nonnulli nullo modo tardè ad passuum exercitium sese induci patiuntur, sed in succussa-

Der erste ist/wann ein Pferd den Kopff nicht halten will / und so man es hält mit Gewalt / die Grouppe hinweg oder auswarts wirfft.

Solchem bind den Kopff an einen Beyzügel an den Ringen neben dem Sattelknopff / oder um den Sattelknopff vest / auf die Seiten wo es nicht hinwenden will / und haltet nichts destoweniger den Ordinari-Zügel auch auf derselben Hand kurtz / jedoch gebt ihm bisweilen auch ein wenig Lufft darmit/und travallirt es mit dem auswendigen Schenckel und Zügel/und so es hernach nicht wenden will/ so fahret doch mit travallirung deß auswendigen Zügels fort / und legt ihm äusserst den Schenckel an dessen vördern Bug / und stracks auf denselben Bug zugleich mit der Spitzruten geholffen/so wirds wol wenden.

Der ander Fehler ist/wann man das Pferd in Volta passegiren will/so laufft es oder kriechts allweil zuruck/und kommt aus der Linea.

Diesem soll man also helffen: Man stellt dasselbe an eine Wand mit der Grouppe, verhälts mit beyden Cavezon vest/daß es nicht avanciren kan/ und treibts also von einer Hand zur andern / exercirts darneben mit Faust und Schenckel / wie sonst im passegiren gebräuchlich / und so es sich widert/ und nicht fort wolte / soll einer zu Fuß mit einer Peitschen helffen/so wird es das Hintersichkriechen wol bleiben lassen / und auf der geraden Linea verbleiben / sintemal es sich wehren mag wie es will/ so wirds durch diese Lection gestrafft/und lernet nicht allein gerad gehen / sondern die Grouppe wol setzen / und kommt auch dadurch vornen desto besser aus dem Boden; Oder so man die Wand nicht hat/ laß einen mit einem Seil kurtz am Pilier nehmen/ den Kopff gegen dem Pilier wenden / travallir es also am Pilier herum / und laß zum ersten ein paarmal einen mit einer Peitschen zu Fuß helffen / so kan es auch nicht hintersich kommen / sondern muß immerdar wenden. Wann es nun hierinnen gewonnen/kan man es alsdann auf der Volta ferner exerciren.

Der dritte Fehler ist / so ein Pferd nicht in der Volta bleiben will/sondern allzusehr für sich auf die Faust dringet.

Dieses corrigir also: Stell dem Pferd den Kopff gerad an eine Wand / und exercire es auf der Linea, und laß auch einen zu Fuß das Pferd treiben / darmit es steis für sich gehe / und den Kopff hart an der Wand trage / unterdessen muß man das Pferd wol übersich arbeiten/so wird es dadurch auch lernen auf gerader Linea verbleiben / und das fürsich-dringen vergessen / und sich auf die Hexen setzen.

Vierdtens / so sind etliche Pferd / welche durchaus nicht langsam passegiren wollen/ sondern stracks traben / und ein Gezappel untereinander machen/

tionem illicò prorumpunt, & nescio quâ palpitatione ineptiunt, ita quidem ut vel à parte posteriori vel à priori modum excedant, quam mox extra decentem posituram ad latus abijciunt, mox contrarium faciunt, soleis modò nimis, modò nimis parum decussatis semetipsos intra femora calcitrando vulnerant; dum nempe modò sinister pes dextrum, modo dexter sinistrum nimis citò antevertit.

Vitium hoc si in equis imprimis fervidis toleretur, nec ocius corrigatur, non solum in Redoppo periculosi præcipitii causa erit, sed & difficulter & serò admodum corrigi poterit; Nec unquam elegantem Redoppum exhibebunt ejusmodi equi, sed absurda tantum palpitatione delirabunt.

Huic malo efficacius remedium propinari nullum potest, quàm ut in Voltis spatiosioribus, tarditate quantâ potest fieri maxima passuum exercitio excolantur, patienti animo malitia superetur, raro castigentur plagis, sed solâ lectione corrigantur; qua ratione morem tandem gerent.

Possunt etiam ejusmodi equi capite quendam parietem versus directo, sursum exerceri, sic tardiori etiam pedum motioni assuescent.

Si itaque equum in reddendis suis lectionibus tam in Volta capaciore, quàm ad parietem promptum atque paratum deprehendas, Volta quadantenus poterit coangustari, & remotâ chordâ circa columnam passuum exercitatione excoli. Possunt etiam institui variationes caputque intra exercitationem passuum columnam versus dirigi, nec non succussando etiam eadem Volta absolvi posset, quanquam parcendum sit ætati, donec ad justam firmitatem crura adoleverint, & omnibus lectionibus addiscendis magis habilis equus evadat.

Hæc omnia antequam ad Galoppum equiso progrediatur, equo sedulo inculcabit, cùm lectiones hæ, donec quinquennium pullus absolvat, sint imbibendæ. Dejerare enim mihi licet, si equo ad annos modò prædefinitos parcatur, equisonem intra trimestre spatium, Redoppo, Galoppo, aliisque lectionibus plus præstiturum, ac si per integrum aliàs biennium Galoppo pullum exercitasset. In passuum enim exercitio totum fundamentum hæret colli & capitis constantiæ, hanc si adjunctâ eleganti Paradâ obtinueris, maximâ ex parte imperio equus parebit.

In hac verò lectione Paradæ quoque ratio habenda est, ne unquam eodem in loco fiat. Quotiescunque enim eundem in locum equi per venerint, ibidem subsistent, arbitrantes, gradum ipsis sistendum esse: qua propter modò hîc, modò istic in Voltâ gradus sista-

machen/daß keiner weiß was es ist/ kommen dadurch entweder vornen zu viel/oder hinten mit der Groupe, halten dieselbe bald zu viel / und werffen sie auch bald gar hinweg / schlagen sich selbsten mit den Eisen inwendig an die Schenckel / in deme sie dieselbe bald zu viel / bald zu wenig übereinander schrencken/ und bald zu geschwind / bald zu langsam darmit kommen.

Solches Laster wann mans zulässet / (absonderlich an den hitzigen Pferden) und nicht bald corrigiret/ ist nicht allein sehr gefährlich mit Fallen im Redopp, sondern es ist auch schwerlich / und mit langsamer Hand zu corrigiren / und werden solche Pferd ihr Lebtag keinen schönen Redopp machen / sondern nur ein zappelichtes Wesen an ihnen haben.

Diesen kan nicht anderst geholffen werden/ als man passegire sie fein weit / und auf das langsamste als es immer seyn kan / und trage Gedult mit ihnen/ schlage sie selten/sondern straffe dieselbe allein mit der Lection / so werden sie sich endlich auch geben.

Solche Pferd kan man auch mit dem Kopff wider die Maur nehmen / und übersich arbeiten / so kommen sie auch langsamer.

Wann man dann an dem Pferd spühret / daß es seine Lectionen auf der weiten Volta und auch an der Mauren willig machet / kan man ihme die Volta etwas engers nehmen / auch um den Pilier, jedoch ohne Corde, passegiren / auch abwechseln/ und den Kopff gegen dem Pilier im passegiren halten/ auch solche Volta traben lassen / jedoch nicht zu viel/ bis es zuvorhero auf seinen Schenckeln desto besser erstarcket ist / damit es zu allem Thun hernach desto geschickter werde.

Und dieses alles soll man ein Pferd zuvorher wol unterweisen / ehe man es in den Galopp setzet/ sintemal dieses seine Lectionen sind / welche es lernen soll/bis es sein fünfftes Jahr erreichet; dann ich einen versichern will / so er sein Pferd also sittsam bis zu beschriebenen Jahren verschonet / so wird er mit solchem hernach/es sey im Galopp, Redopp, oder andern Schulen / innerhalb drey Monat mehr ausrichten/als wann er sonsten zwey Jahr lang solches galoppirt hätte; dann im passegiren steckt das Fundament aller Stätigkeit vom Kopff und Hals / wann man diese hat/samt einer guten Parada, so ist das Pferd meistentheils schon gewonnen.

Man muß aber auch die Parada in dieser Lection in Acht nehmen / daß mans niemaln an einem Ort machet / sonsten die Pferd / wann sie an selben Ort kommen/allezeit stillstehen wollen/ und meinen sie müssen pariren/ sondern sie bald hie bald da in der Volta pariren / so werden sie ihre Gedancken fein

tur, ut attenti sint ad rem gerendam, equitemque & ejus pugnum observent.

Si equus in absolvenda Volta excellat, interdum etiam alteram manum versus variatio potest institui, exempli gratia:

Cùm equito dextrorsum, variationem instituturus sinistrorsum, tum equus ad spatium duorum passuum intrò dextrorsum flectendus: femur dextrum admovendum, pugno verò sinistrorsum ad extra versura instituenda: Hoc modò denuò sinistrorsum super lineam rectam deveniet.

Si verò versuram dextrorsum instituere placet, ad spatium duorum passuum in Voltam sinistrorsum versura instituenda; femur sinistrum applicandum, pugno dextrorsum ad extra super lineam versura instituenda, quo modo denuò dextram versus super Volta equus subsistet.

Posset etiam alius modus tentari. Si versuram sinistrorsum instituere placet, equus ad spatium duorum passuum extra Voltam super lineam dextrorsum egrediatur, femur dextrum applicetur, versuraque fiat versus sinistram.

Si variare lubet dextram versus, equus itidem ad spatium duorum passuum extra Voltam sinistram versus egrediatur, versura autem rursus fiat dextram versus super ipsam Voltam.

Alia adhuc variatio hæc est: Quotiescunque versuram placet instituere, illud fiat per Voltæ medium, uti videre est N. XXVI. In lectionibus tamen Pulli teneri rarissimè ad variationem Voltarum, nisi spatiosæ admodum sint, sunt adstringendi.

In passuum porrò exercitatione monendum est & illud; finitâ lectione, equum semper aliquatenus gyrandum, voltæque assuefaciendum esse. Hoc enim si intermitteretur, invitus admodum versuram pateretur, clunibusque extra decentem posituram ad latus evaderet.

Cap. XXVII.

De Galoppo.

EX succussatione ortum trahit Galoppus, qui si juxta artis axiomata fiat, ejusmodi motio est, in qua equus caput suum semper versus illam manum, ad quam equitare animus est, dirigit: & utraque crura illud ipsum latus versus, reliqua duo crura antevertendo, in unâ mensurâ sublevat. Exempli gratia: Si Galoppus instituatur dextram versus, utraque crura dextra antevertant, sin lævam versus galoppo pergas crura sinistra transeant dextra, illa subsequantur; sive jam in Voltâ sive super linea recta fiat Galoppus, nisi spurius audire velit, hoc modo comparatus esto.

beysammen halten / den Reuter in Acht nehmen / und auf seine Faust warten.

Wann ein Pferd seine Volta so gut machet / kan mans bisweilen auch darinn auf die andere Hand wechseln / als zum Exempel:

Ich reite auf die rechte Hand / und will lincks changiren / so wende ich das Pferd ein paar Schritt hineinwarts auf die rechte Hand / leg ihme den rechten Schenckel an / und wende mit der Faust hinauswarts lincks / so kommt das Pferd wieder auf die gerade Linea auf die lincke Hand.

Will ich dann rechts wenden / so laß ich das Pferd wieder ein paar Schritt in die Volta lincks wenden / lege ihme den lincken Schenckel an / und wende mit der Faust rechts hinaus auf die Linea, so bin ich wieder auf der rechten Hand auf der Volta.

Ein andere Manier ist wieder diese: Wann ich linck wenden will / so laß ich das Pferd ein paar Schritt rechts aus der Volta hinaus über die Lineam gehen / lege ihm hernach den rechten Schenckel an / und wende lincks.

Will ich rechts wechseln / so laß ich das Pferd auch ein paar Schritt aus der Volta hinaus lincks gehen / und wende dann rechts wieder auf die Volta.

Noch eine andere Wechslung ist diese: So ich wenden will / so wende ich allemal durch die Mitten der Volta, wie zu sehen Num. XXVI. Doch muß man in dieser Lection mit jungen Pferden gar selten die Volten wechseln / es seye dann eine grosse Volta.

Es ist auch bey diesem passegiren zu erinnern / daß man allemal das Pferd / nach geschehener Lection / wieder in etwas rundire / und die Volta weise / dann solte man diß unterlassen / würde es hernach nicht gerne wenden wollen / und mit der Grouppe zu viel kommen.

Das XXVII. Capitel.

Vom Galopp.

Aus dem Trab entspringet der Galopp, welcher ist eine Bewegung / in deren so sie recht gemachet wird / allezeit auf die Hand dahin man reiten will / das Pferd sein Kopff halten / und seine zwey Schenckel auf derselben Seiten erstlich für die andern zwey in einem Tempo erheben solle / als wann man auf die rechte Hand galoppirt / sollen die beyde rechte Schenckel vorgehen / galoppirt man lincks / sollen die lincke vorgehen / es geschehe nun solcher Galopp in der Volta oder auf gerader Linea, so soll solches auf diese Manier geschehen / widrigen Falls solcher Galopp falsch und nichts nutz ist.

Ante omnia verò placidè, pedibusque anterioribus impigrè levatis Galoppus succedat, equusque suffraginibus firmiter innitatur, id quod non solum decoram & equiti & caballo staturam tribuit, sed & utrumque à præcipitio & supinatione securum, omnibusque actionibus obeundis agiliorem reddit. Ante completum verò quinquennium ad Galoppum nullus pullus adstringatur, nisi crura ejusdem ita enervata & depravata velis, ut ad extremum usque spiritum in integrum restitui non possint, veterinario saltim consultum cupiens. Et quamvis suâ sponte ad Galoppum equus inclinaret, viribusque valde polleret, nihilo tamen minus ad prædefinitum usque terminum ab eo coerceatur, tunc enim lectionibus exercitationibusque subeundis futurus est promptissimus.

Quapropter Equisoni artis suæ perito, quamprimum equus quinquennii pomœria excesserit, succussationisque & femoris notitia imbutus fuerit, placidum pugni moderamen admiserit, pedum agilitate excelluerit, gradum concinnè sistere noverit, nec non posteriora in permutatione succussationis in decenti positura servaverit, hunc in modum ad Galoppum transeundum est.

Primò, lectio proponitur prælonga spatium octuaginta præter propter aut plures etiam passus æquans; Volta verò latitudine octodecim passus comprehendit. Lectio hæc pedetentim equo dextram versus quinis vel senis vicibus in Volta inculcatur, clausuraque per ipsum Voltam dextram versus instituitur, clunibus ea, qua decet, positurâ, collocatis. Paradâ ad spatium duorum passuum super linea recta ante Voltam secundam absolutâ, equus posteà retrahitur, denuoque antrorsum dextram versus in secundam Voltam propulsatur. Quâ itidem aliquoties emensa, denuò dextram versus clausurâ facta, ante Voltam alteram gradus sistatur.

Idem modus etiam lævam versus recurrat. Quod si pedetentim equus lectionem sit assecutus, succussando etiam periculum tyro faciat; quo facto, si per Voltam variationem instituere equiti placet, femora equo applicet, funes pastomidis sursum elevet, mensuramque inferiore femoris parte præbeat, quâ ratione repentino impetu in Galoppum ruet equus: Quamprimum autem ante Voltam pervenerit, gradum illicò, sed leniter sistat; ad duos passus equum retrahat, denuoque antrorsum in Voltam succussando pergat. Inter ipsam variationem autem (nunquam versus alteram manum instituendam,) vocem iterum intendat, prout antea dictũ est.

In hâc lectione per septimanas aliquot equus exerceatur, singulis tamen septimanis, quandoquidem fervefaciat, binâ tantum vice. Hoc modo venustum in modum in Galoppum sese equus effundet.

Es solle aber vor allem der Galopp fein sittsam und wol vornen aus dem Boden gehen / das Pferd sich dapffer hinten auf seine Schenckel setzen / so ists nicht allein Wolstand beydes deß Reuters und deß Pferds / sondern es wird auch dadurch Roß und Mann für dem Fallen versichert / und zu allen Actionibus tauglicher befunden / und soll zu mehrerem kein Pferd für dem End deß fünfften Jahrs darzu genommen werden / wiedrigen falls es also auf seinen Schenckeln enervirt und verderbt wird / daß ihme sein Lebtag schadet / und den Schmiden einträgt / und ob es schon darzu inclinirt / und von guter Stärck wäre / soll man es ihm doch nicht zulassen / sondern der Zeit erwarten / so wird es darnach alles mit Lust thun / und ihme die Lection und Travallirung / keine Arbeit / sondern nur eine Lust seyn.

Solle derohalben fürs erst ein verständiger Bereuter / wann sein Pferd nach dem fünfften Jahr nunmehr seinen Trab und Schenckel verstehet / leiß auf die Faust ist / einen leichten Fuß / und eine gute Parada hat / wie auch die Grouppe in Durchwechslung deß Trabs wol hält / dasselbe zum Galopp also anweisen.

Man macht erstlich eine lange Schul / ohngefährlich achtzig oder mehr Schritt lang / die Volten darinnen achtzehen Schritt breit / und weiset dem Pferd solches Fuß für Fuß / auf die rechte Hand einmal fünff oder sechs in der Volta, schliest auch rechts durch die Volta durch / und hält die Grouppe wol / und parirt auf gerader Linea ein paar Schritt für der andern Volta, dann ziehet man das Pferd hintersich / lässet es wieder fürsich gehen in die andere Volta, auch auf die rechte Hand / wann er da wieder etlichmal herum ist / alsdann wieder rechts durchgeschlossen / und für der andern Volta parirt.

Ebenermassen muß man solches auch auf die lincke Hand thun / und so man dieses Fuß für Fuß ihme gewiesen / solle mans ihme auch im Trab weisen / und so diß beschehen / solle der Reuter wann er das Pferd durch die Volta durchwechslen will / dem Pferd die Schenckel anlegen / die Cavezon-Strick in die Höhe halten / und das Tempo mit dem innwendigen Schenckel geben / so wird es den Galopp nehmen / so balden aber er für die Volta kommt / pariren / jedoch nicht hart; das Pferd ein paar Schritt hintersich ziehen / und wieder fürsich in die Volta traben / und im Durchwechseln (aber niemaln auf die ander Hand) dem Pferd wieder zusprechen / wie vorher gemeldet worden.

Solche Lection solle man etliche Wochen mit dem Pferd exerciren / jedoch die Wochen nur zweymal / dann sie macht hitzig / und nicht zu viel thun / so wird es den Galopp mit einer schönen Gratia nehmen lernen.

Si verò leni femoris applicationi, reliquorumque adminiculorum admotioni morem gerere recusaret, calcaribus aliquoties incitari, virgâque ab extra castigari poterit, & sine cunctatione adminiculorum imperio obtemperabit.

Quamprimum igitur lectionibus hisce equus fuerit imbutus, ante Voltam omissa Paradâ eædem repetantur, progressu semper super linea in alteram Voltam facto, quælibet Volta terna vel quaterna vice circumgyretur, si quidem equus haud invitus obediat; tandem in medio rectæ lineæ gradus sistatur.

Hæc lectio semel tantum per septimanam exerceatur, reliqui verò dies exercitationibus in Voltis mediocribus, ut & in Voltâ spatiosa, omissa variatione versus alteram manum, consumantur; in fine autem omnium & singularum lectionum, antequam gradus sistatur, funis admodum relaxetur, absolutâ Paradâ demulceatur, Voltam equus spatiosam una aut altera vice de novo emetiatur, postea eques descendat.

In his spontaneum obsequium præstet equus, caputque cum collo immotum gerat, loco prælongæ lectionis, Repulon cum linea parallela conf. N. 29.

Wofern es aber auf die linde Anlegung deß Schenckels und Gebung der andern Hülffe nichts geben wolte / kan man ihme etlichmalen den Sporn geben / und auswendig mit der Spitzrut straffen / so wird es schon auf diese Hülffe gehen lernen.

So balden nun das Pferd diese Schulen angenommen / solle man solche ohne Parada für der Volta mit ihm machen / und allemal auf der Linea fort in die andere Volta passiren / jede Volta drey- oder viermal herum (jedoch nach dem das Pferd obediret) machen und alsdann mitten auf der geraden Linea pariren.

Diese Lection soll man die Wochen nur einmal mit ihme machen / und die übrigen Täge / in den vier mittelmässigen / wie auch in einer weiten Volten ohne Durchschliessen auf die andere Hand exerciren / und zu End jeder Lection für der Parada das Pferd wol weit nehmen / nach der Parada charissiren / die weite Volta noch einmal oder etlich Fuß für Fuß weisen / und hernach absteigen.

So es nun hierinnen willig / und stät von Kopff und Hals ist / alsdann solle man an statt der langen Schul einen Repulon mit einer doppelten Linea Siehe N. 29.

N. 29

Una aut altera vice per septimanam tractari poterit; & si in hac etiam lectione ad perfectionem pervenerit, lectio infinita vid. N. 19. semel per septimanam tentari poterit. Quod si in illa etiam promptum sese & alacrem gerat, pugnique imperio pareat, versus alteram manum gradatim variatio hunc in modum institui potest.

Confecta Repulonis Voltâ, una aut altera vice circumcursitando absolvitur, qua exactè clausâ, exterior femoris pars removetur posterioribus eo, quo decet, loco & positurâ, constitutis, habenarumq; attractione & interioris femoris partis adminiculo mensurâ suppeditata. Hoc modo finita Voltæ clausula, equus posteriora eâ, quâ decet, positurâ sistet, Galoppumque sinistram versus accuratè auspicabitur. Postquam ad finem lineæ ad Voltam secundam perventum est, gradus sistatur; abhinc in Voltam iterum equiso progrediatur, quâ itidem bina aut trina vice lævam versus galoppo absolutâ, & ante variationem venustè clausâ, exterior femoris pars cominus applicetur, & in debita positura isthoc subsidio nates conserventur, habenæ aliquantisper attrahantur, interiori femoris

Die Wochen ein paarmal mit ihme machen / und so es in dieser Lection auch perfect, kan man die Schul ohne End vid. N. 19. auch die Wochen einmal mit ihme vornehmen / und so es sich hierinnen auch willig erzeiget / und der Faust folget / anfangen allgemählich mit ihme auf nachfolgende Weiß auf die andere Hand zu changiren / nemlich also:

Man macht eine Repulons Volta, galoppirt sie ein paarmal rechts herum / schliest die Volta scharff / und legt alsdann den auswendigen Schenckel zuruck / hält die Grouppe wol / und gibt ihme mit Verhaltung des Zaums und einer kleinen Hülff deß innwendigen Schenckels das Tempo, so wird das Pferd nach Schliessung der Volta sich auf die Hesen setzen / und den Galopp auf die lincke Hand just nehmen / wann man zu End der Linea für die andere Volta kommt / dann parirt man / nach diesem das Pferd wieder fort in die Volta, und auch einmal oder drey auf die lincke Hand herum galoppirt / alsdann vor dem Wechsel die Volta wol geschlossen / den auswendigen Schenckel wol angelegt / und die Grouppe darmit gehalten / den Zaum in etwas verhalten / mit dem innwendigen das Tempo recht gegeben / so wird das Pferd den Galopp wieder just auf die rechte Hand nehmen.

Und

parte mensura accurate præbeatur, quâ ratione iterum exacte dextram versus galoppum equus auspicabitur.

Quæ lectio tamdiu continuanda est, usque dum memoriæ equi firmiter inhæreat; quanquam omninò etiam virium equi sit habenda ratio.

Posteà eadem Repellonis Lectio, omissa Parada potest repeti; quâ repetitâ in Voltâ quoque excolatur, decussatimque ab una manu alteram versus instituatur variatio; quanquam si in volta super ipsa lineæ transversæ perpendiculari incisurâ variationem instituere placeret, ante omnia in medio tergi clunes in ea, quâ decet, positurâ sint constitutæ, habenæque aliquantisper attrahi debent.

Deinde Equus quandoque in quatuor illis seu tribus etiam circulis exerceatur, earumque variatio alternatim instituatur, ita tamen ne eques modum excedat, sed statim simul ac quævis volta variata est, in gyrum equum agat, gradumque sistat.

Si verò equi occurrant fervidi & sensibiles, plerumque sequentia vitia illis inhærent, ut pugno graves sint, succussent & reflectantur inviti, spurioque Galoppo delectentur, id quod ex crebra clunium titubatione ortum ducit, suntque insuper admodum inconstantes.

Das Fünffte hat diß Laster / wann man aufsitzet / und vom Stall oder einem Haus hinweg reiten will / so wills nicht fürsich / lehnt sich in alle Höhe / und drehet sich allemal dem Haus oder Stall zu / daß man absitzen / und zu Fuß hinweg führen muß / sonst ists auf keine Weis fortzubringen / und wann mans da hinweggebracht hat / alsdann gehet es wieder Weg und Steg wohin man will / kommt man aber wieder zu einem Haus in ein Dorff oder Stadt / alsdann fähet es seine vorige Weis wieder an.

Vitiorum horum quædam corrigibilia sunt, quædam autem incorrigibilia.

Primum vitium retrogradationis ex negligentiâ equitis oritur; si scilicet equus à teneris unguiculis, per pueros aut alios homines imperitos in pascua, sive aquatum, sive aliorsum etiam sit equitatus, ibi verò aliquoties equus refractarium se exhibuerit; Eques ne in terram prosternatur, habenis firmiter inhæserit, verberibus eum impigrè dedolaverit, calcaribus identidem maceraverit; quibus omnibus post habitis equus magis ac magis retrogradus, animum obfirmaverit, & ex malitia vitium hoc in Consuetudinem verterit. Vitium hoc, quanquam immedicabile propemodum sit, sequentem tamen lectionem tentasse, non pigebit.

Primò instar pulli omninò rudis, tractetur, prostomis ori immittatur, pastomis ex funibus contorta applicetur, ephippio instratus, chordæque alligatus, sed equite vacuus circa columnam exerceatur. Quamprimum igitur ad ingenium redire velit, chorda attrahatur, quod retrogradationi præpedimentum obijciet: Cæterum alii scuticis, alii stimulo à tergo tam voce quàm verberibus eundem propellant.

Quamprimum igitur pertinax suum ingenium deposuerit, blandimentis permulceatur blanditiisque tantum non obruatur: deinde denuò antrorsum propellatur, succussatioque satis diu continuetur: gradus sæpius leniter sistatur, minimè verò equo planè subsistere concedatur, sed pedetentim eques iterum progrediatur; mox in succussationem, mox Galoppum ruens: In fine tamen semper pedetentim circa columnam procedat, ut respirandi spatium obtineat. Et si bene se gesserit, blandimentis mitigatus in stabulum reducatur.

Hoc modo si obtemperet, biga ramorum ferreorum cum pastomide ipsi applicetur. Stapedibus ex ephippio propendentibus: hocque modo iterum aliquamdiu exerceatur, donec tandem obediat.

Postea eques conscendat, succussationeque & Galoppo eundem defatiget; quod si pedester domitor columnæ assistens chordæ suæ diligentem rationem habeat, eques autem & voce, & calcaribus, & scuticâ ex filo ferreo complicatâ, necnon alius quidam à tergo acriter equum cohortetur, donec morem gerendo antrorsum progrediatur, deinde opus est blanditiis. Hæc exercitatio in chorda circa columnam tamdiu necessaria est, donec in omnibus & femori & calcaribus & voci equitis pareat.

Tunc demum tutò fidem equo adhibere, eodemq; in campi planitiem egredi, & in lectionibus prælongo fune eundem exercere licet, quo modo isthæc malitia tandem omninò expirabit.

Dieser Mängel nun sind etliche zu corrigiren/ etliche aber gar nicht.

Der erste Mangel wegen deß Kriechens entstehet aus einer Nachlässigkeit deß Reuters / wann nemlich das Pferd von Jugend auf ist durch die Jungen auf die Weid / oder sonst andere Personen an andere Ort geritten worden / und es einmal oder etliche sich widersetzet hat / der Reuter aber darauf/ darmit er nicht herunter falle/ sich vest an Zaum gehalten/ dapffer darauf geschlagen/ und mit Sporn ohn Unterlaß tractirt / ist das Pferd nur desto mehrer mit ihme zuruck geloffen / sich opiniatrirt/ und aus Boßheit diß Laster in ein Gewonheit gebracht/ solches Laster ist zwar übel zu corrigiren / jedoch aber soll man diese Lection mit ihme fürnehmen.

Man muß es erstlich wie ein rohen Fohlen tractiren/ ihme eine Orensen ins Maul legen/ einen Strick Cavezon anthun/ in einem Sattel/ jedoch ohne Reuter/ um den Pilier an einer Chorda exerciren / und so es das Laster begehen wolte / alsbald die Chorda zu sich ziehen/ so kan es nicht hintersich/ hergegen sollen etliche mit Peitschen / wie auch mit einem Stachel hinten darein wischen / und es so wol mit der Stimm als mit Schlägen fort machen gehen.

So bald es nun nach der Widersetzung gehet / soll man es alsbald charissiren / ihme schön thun/ dann wieder für sich treiben / und solches lang continuiren im Trab / offt darinnen leiß pariren/ aber nicht still halten / sondern wieder Fuß für Fuß gehen/ dann wieder traben lassen / hernach auch im Galopp, doch soll man es alleweg auf die Letzt/ Fuß für Fuß um den Pilier gehen lassen / darmit es sich wieder verschnauffen könne / und es auf sein Wolverhalten charissiren/ und in Stall führen lassen.

So es sich nun auf diese Weise gibet/ soll man ihme ein paar Stangen und Cavezon anthun / die Bügel am Sattel herunter hangen lassen / und in diesen auch eine Zeitlang exerciren / bis es gehorsamet.

Alsdann solle der Reuter auffsitzen/ und es selber traben und galoppiren / und so es sich wieder opiniatriren wolte / solle der zu Fuß am Pilier seine Chorda wol in Acht nehmen / der Reuter aber mit der Stimm / Sporn / und einer guten Draatpeitschen / wie auch der hinten zu Fuß ihme also zusprechen/ bis es fürsich gehet und obediret/ alsdann ist die Charesse vonnöthen / solches muß so lang an der Chorda am Pilier mit dem Pferd continuiret werden / bis es in allem auf deß Reuters Schenckel/ Sporn/ und Stimm gehet.

Alsdann darff man ihme trauen und hernach ohne Chorda wacker ins Feld reiten/ und in weiten Schulen exerciren / so wird es endlich das Laster gantz und gar vergessen.

Das

Alterum vitium erectionis nempe in sublime, ortum ducit vel exinde quod à teneris annis in manus imperiti equitis inciderit, qui antequam vix antrorsum progredi potuit, levationibus equum assuefecerat, calcariumq; adminiculum cœco impetu admoverat; quâ ratione depravata isthæc consuetudo suscitata est: ut quotiescunque eques adhortetur, egregiè sibimetipsi isthac in sublime erectione, quasi re bene gestâ, placeat.

Das andere Laster wegen deß Aufleinens und Bäumens/ kommet entweder daher/ weiln es in der Jugend ungeschickte Reuter gehabt/ welche es/ ehe es kaum fürsich gehen lassen levirt/ demselben mit dem Sporn dapffer darzu geholffen/ welches hernach in eine boßhafftige Gewonheit kommen/ und so offt man solchem Pferd zuspricht/ meinen sie in allweg sie thun gar recht daran mit dem Aufleinen.

Hujusmodi equi ad eundem plane modum, sicuti præcedentes ad bonam frugem revocantur, addito insuper crebrioris castigationis ergo loro saltatorio.

Solche sollen in allweg dem vorhergehenden Fehler gleichmässig corrigirt werden/ ausser daß man solche zum Uberfluß mit einem Sprung-Riemen zu mehrerer Straff versehen solle. Besiehe N. LXXXXVIII.

Tertium vitium illud est, si quis equo progredi velit, eumq; tam verberibus, quam calcaribus incitet, ille in terram procumbat, & unà cum equite sive in terra, sive in aqua sese volutet.

Der dritte Fehler ist/ so man ein Pferd fortreiten will/ und es mit Schlägen oder Sporn tractirt/ so legt es sich gar nieder auf den Boden/ und überwältzet sich mit dem Reuter/ es seye auf der Erden oder im Wasser.

Id quod ex duplici principio promanare solet. Primò nonnulli equi ex pura puta malitia & pertinacia illud agunt, dum obfirmato animo equiti sese opponunt, in capitis discrimen equitem conjecturi.

Welches aus zweyerley Ursachen entstehet/ das erste ist aus lauter Boßheit und Widerspenstigkeit/ in dem es sich freywillig dem Reuter opponiret/ und Schaden zufügen will.

Secundum vitium, ratione originis cum primo ferè coincidit, quanquam etiam ex nimio calore, quem in corpore equus fovet, aut quod in pascuis æstivo tempore in palustribus locis crebrò sese volutaverit, oriri possit. Quæ quidem volutatio, cùm suavis & jucunda equo videatur, consuetudine in naturam degenerat, ita ut quoties per lacunam aut amnem quendam ipsi sit progrediendum, volutationis memoria recurrat, ut ita procumbat.

Das andere ist fast eben dieser Meinung/ wiewol es auch herkommen kan/ wann nemlich ein Pferd übermässige Hitz im Leib hat/ oder auf der Weid im Sommer in Morasten sich offt umwühlet/ und gleichsam weils ihm wolthut/ dadurch in eine Gewonheit kommt/ und wanns hernach durch ein Wasser geritten wird/ ihme die Gedancken deß Wältzens wieder in Sinn kommen/ und also sich niederlegt.

Quanquam etiam cœlestibus constellationibus sua vis & influentia sarta tectaque sit relinquenda, imprimis si pulli in signo Leonis aut Scorpionis, Luna verò in signo Cancri aut Piscium constituta, edantur, præ aliis hoc vitio infestantur.

Obwol auch gewisse Constellationes das Ihrige auch darbey thun/ absonderlich so solche Fohlen/ wann die Sonn im Löwen oder Scorpion/ und der Mond im Krebs oder Fisch ist/ fallen/ sie es für andern gerne thun.

Ejusmodi equi vix in integrum restitui poterunt, sidereis imprimis constellationibus simul conspirantibus.

Solche Pferd sind schwerlich alle wieder zurecht zu bringen/ bevorab wann es ex constellatione geschiehet.

Quod si igitur quis in malitiosum ejusmodi equum incidat, quamprimum procubuerit, robustis aliquot hominibus potestatem illicò faciat in equum irruendi: imprimis autem in caput, anterioresque pedes involent; hoc enim modo resurgendi potestas ipsi omnimodè adempta est. Quo facto, fustibus, scuticis, aliisque validis nodosisque stipitibus voceque horribiliter exasperatâ, ad deliquium usque animi, contundant. Hicque modus per unam aut alteram Hebdomadem continuetur, singulisque septimanis bina vice reiteretur.

Wem nun ein solches boßhafftiges Pferd unter die Hand kommet/ der laß/ so bald es sich niederleget/ etliche starcke Kerl auf dasselbe fallen/ sonderlich beym Kopff und den fordern Füssen/ so kans nicht auffstehen/ es ist ihme unmüglich/ und laß es genugsam mit Brügeln/ Peitschen und andern Instrumenten mit Zuthun grausamer Stimm/ über alle massen wol abbrügeln/ und continuir ein Wochen zwey/ alle Wochen zweymal solches.

Imò etiamsi non procumbat, catenis nihilominus, compedibusque injectis in fimeto aut aqua quadam, subruatur, clamore

Laß das Pferd/ wann sichs schon nicht legt/ mit Fessel auf einem Mist oder im Wasser umwerffen/ und sein vorgeschriebene Brügel-Suppen geben/

cyclopico maximoque cum impetu prolato, & stimuli ictibus in locum ubi calcaria alias subdere solemus, adhibitis, antea memoratum fastigationis emplastrum equo imponatur, sic procubuisse in posterum pœnitebit.

Hoc remedio si nihil effeceris, de correctione omninò erit desperandum. Et quanquam vitium ex influxu astrali implantatum aliquamdiu fortè delitescat, non longò tamen post proverbii illius veritatem ipso eventu comprobabit, quod ita sonat:

Naturam expellas furcâ, tamen usq; recurret.

Quartum vitium est irremedicabile, cum Equus sit Archicholericus, qui si solem versus educatur, non facilè ejusdem radios subsistendo perferre poterit. Et caput quidem votis obligarem, equum ejusmodi in fronte, vel candidis pedibus, vel nigris scutulis maculisque, vel loco stellæ in fronte linea quadam seu radio incurvato atque gracili signatum fore. Quapropter quilibet ab equis ejusmodi sibi caveat, cùm infausti sint & periculorum Architecti. Et quamvis egregiis staturæ ornamentis sint conspicui, vitiumque dolosè tegant, signatura tamen eorum si accuratè consideretur, mercurii nequitia sese facilè prodet.

Quintum vitium ex Ebrietatis aut Amoris studio natales derivat, hoc scilicet modo: Si equus aliàs sit bonæ indolis, equites autem ad stabulum conscendant & descendant, postea quo cynosura sitis illos trahat, secuti; vino generoso sese ingurgitant, persuasi hoc modo etiam equo generositatem instillari posse; quapropter calcaribus subditis ad levationes equum incitant, incomparabile artificium, inventumque centum boum mactatione dignum sese reperisse somniantes.

Quod si semel levationem equus exhibuerit, creberrimè ut ingeminet necesse est, tandemque ad scloppum editum rectum se efferre & in pedes surrigere cogitur. Scorto autem quodam per fenestram prospiciente aut aliis ex circumstantibus hominibus palpum obtrudentibus, equum ac si mente capti essent in gyros rapiunt.

Tandem iterum ex equo descensu facto, in stabulum reduci curatur, aut ipsimet equites in stabulo descendunt. Tunc scilicet si & Domini & servi ebrii sint, demum & ipsi equo vinum propinatur. Si itaque nulla taberna, nullum diversorium, in quo non fiant compotationes sicco pede præteriri queat, quid mirum equos istud animadvertere?

Famulus autem aliquis si aquatum equum educat, si itidem immoderatè

Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq; sonare
Compositus: sinuetq; alterna volumina crurum. Virgil. 3. Georg.

ben/ mit grossem Geschrey und Stupffen deß Stachels wo man ihm sonsten den Sporn zu geben pflegt / so wird es sich hernach sehr für dem Legen fürchten.

Wo diß Mittel nicht hilfft / sind alle Mittel verloren/ obwoln das von Natur herrührende Laster sich eine Zeitlang verbergen wird / kommt es doch wieder/ nach dem gemeinen Sprichwort:

Naturam expellas furca, tamen usque recurret.

Der vierdte Mangel ist incurabel, sintemal das Pferd ein rechter Taub-Kollerer ist / und man sehe ihm darnach / so wird es nicht leichtlich gegen der Sonnen sehen oder stehen können/ und gewiß entweder an der Blaß/ an der Stirn / oder an den weissen Füssen / schwartze Blätz oder Strich / oder an statt der Blaß oder Stern auf der Stirn / einen krummen und schmalen Strich haben; Und hüte sich ein jeder für dergleichen Pferden / dann sie unglücklich/ und zu nichts taugen/ ob sie gleich schön gewachsen/ und eine Weil gut thun/ so sehe einer ihre Signatur an/ so wird er schon finden/ was der Mercurius im Schild führet.

Der fünffte Mangel ist ein Mangel / der aus dem Trincken oder Courtoisiren auf diese Weis entstehet/ wann nemlich / ob das Pferd sonsten schon gutes Humors ist / seine Reuter beym Stall absteigen und auffsitzen / hernach für die Hausthür reiten/ wo sie durstet / alsdann wann der Wein gut ist / so muß das Pferd auch gut seyn / hauen es mit Sporn an/ daß es sich leviren solle/ und meinen dann/ sie haben eine solche Kunst gelernt / die incomparabel, ja ein Inventum centum boum mactatione dignum seye.

Und so es das Pferd einmal thut / und sich levirt / so muß es solches vielmal nacheinander thun/ und letzlich / wann der Reuter nur mit der Zungen schnaltzt / so gibt es sich in die Höhe / gucket dann die Jungfer zum Fenster heraus/ oder andere Leut gaffen zu, da muß es erst recht daran: Keller schenck ein/ hab ich nicht ein prafen Gaul?

Letzlich steigt man wol gar ab / und lässt das Pferd wieder in Stall führen / oder reitet selbst in den Stall hinein/ und steigt darinnen ab/ dann heists: Der Herr trinckt/ der Knecht trinckt/ der Gaul trinckt/ sind alle drey nicht nüchtern. Wann man nun solches offt thut / und wo man ein Wirthshaus sihet/ darvor still hält/ und trinckt/ so merckt es das Pferd.

Reitet dann der Knecht ins Wasser / pravirt er auch darmit/ absonderlich auf dem Pflaster / und was sein Herr nicht kan / das lehrt er das Pferd vollends / und kommt allgemählich dem Pferd durchs Hupffen und leviren die Stättigkeit / daß man nicht weiß / wie es dieselbe bekommt; Wo es dar-

imprimis in via delapidata acrius ipso Domino suo equum excruciet, tripudiando & levando paulatim ita subrepit equo obstinatio, ut quomodo sese insinuaverit ipse mireris. Ubicunque postea domus occurrat aut stabulum, huc illicò stabulatum tendat: quod ubi una vel altera vice illi permiseris, jam porrò laterem sis lavaturus.

Vitium hoc ad normam duorum priorum castigetur, & ab homine quodam pedestri coram domo illâ à quâ divelli ægrè fert, fustigatione strenuè corripiatur. Nec quicquam officeret si ipse eques una vel altera vice fustibus cæderetur. Nec unquam in posterum ante domum eques descendat, aut præ foribus commoretur, hoc enim modo ad bonam frugem equus fortè reducetur, secus vix ullam emendationem promitterem.

darnach ein Haus oder Stall sihet / so meint es / es müß hinein / und so es ihm ein paarmal zugelassen wird / so hat es schon ausgelernet.

Diß Laster muß wie die ersten zwey gestrafft / auch für dem Haus / da es still stehen will / von einem zu Fuß dapffer abgeprügelt / und niemal mehr vor dem Stall abgesessen / oder für der Hausthür stillgehalten werden / welches ihm nicht schaden wird / bevorab wann sein Reuter auch etliche Noten von dem Tact bekäme / sonsten es schwerlich mehr zurecht zu bringen ist.

Cap. XXXVII.

De Instrumento sive Machina Hispanica.

INstrumentum hoc quale sit: & quomodo usurpandum, in fronte hujus libri mentio injecta est. Adhibendum autem est hoc instrumentum equis duntaxat violento nixu pedes deorsum intorquentibus, gravitateque tam capitis quàm colli laborantibus. In hoc verò puncto danda est opera, ut quàm firmissimè teneantur habenæ prælongæ: ex impatientia enim durioris castigationis equus rectum se & sublimem efferre, in tergum equitem supinare, aut in aliud præsentissimum discrimen eundem conijcere facili negotio posset. Qua propter nō nisi omnia reliqua remedia sine omni prorsus efficaciâ sint adhibita, & extremæ necessitatis casu urgente instrumentum hoc adhibeatur.

Das XXXVII. Capitel.

Von dem Spannischen Reuter.

WIe derselbe seyn / und wie man ihn brauchen solle / ist forn in diesem Buch schon vermeldet worden: Er muß aber nur zu Pferden gebraucht werden / die mit Gewalt untersichbohren / und schwer von Kopff und Hals seyn / man muß sich aber in dieser Action mit dem langen Zügel wol fürsehen / daß man ihn recht hält / dann das Pferd aus Ungedult deß harten Straffens / sich leichtlich in die Höhe begeben / und überschlagen / oder sonsten schädlich fallen kan / derentwegen nicht / es seye dann die höchste Nothdurfft / und wann alle andere Mittel nicht helffen wollen / zu gebrauchen.

Cap. XXXVIII.

De voce equitis.

USus ejus quo minor est, eò majus commodum equiti exinde exurgit. Apud equos tamen malitiosos, quantum fieri potest, immaniter exasperata, apud tractabiles autem molliter, leniterque adhibeatur; nec non si in variatione femora sinistrè collocet, aut disponat, nonnunquam intendenda est.

Stentoreo autem clamore totum Catadromum implere, æquè ac si ad instar muti aut mortui equo insideres, vituperio dignum est.

Das XXXVIII. Capitel.

Von der Stimme deß Reuters.

JE weniger man dieselbe brauchet / je besser es für den Reuter ist / doch muß man solcher bey boßhafftigen Pferden auch sich gebrauchen / so rauhe es immer seyn kan / und bey gehorsamen in der Charesse dieselbe fein sittsam hören lassen / wie auch / wann ein Pferd seine Schenckel im changiren falsch ansetzet / muß man ihme bisweilen auch zusprechen.

Daß man aber beständig auf der Reitschul schreyen solle / als wann ein Zahnbrecher auf dem Jahrmarckt wäre / ist so wenig zu loben / als wann man wie ein Todter oder Stummer auf dem Pferd sitzet.

CAP. XXXIX.

Sequuntur nunc modi equos domandi, alii.

QUandoquidem hactenus abundè sit monstrata ratio, quomodo ab initio ad finem usque in palæstra Equorum domituræ secundum artis fundamenta in lectionibus quæ ad terram fieri solent, equus exerceri debeat. Cuivis autem, imprimis militi, Nobili aut Mercatori opportunum non sit, per tantum temporis tractum alicubi commorari; insperatis fortuitisq; occasionibus, aut itineribus etiam homini Equestris ordinis aut militi sese offerentibus, in quibus equis suis destitui non possunt. Proinde modos nonnullos visum est adjungere, per quos brevi temporis spatio adhibito, in tantum equi ad obsequium redigi possint, ut Nobilis, aut militaris ordinis homo nil quicquam jure meritoque desiderare amplius possit.

Primò equus absoluto quinquennio (maturius enim minimè suaserim) ad columnam aut absque eâ succussando exerceatur; bigaque ramorum & oreæ, cujus in posterum usus perennnis erit, ori inseratur, ut maturè iisdem assuescat, atque manus adminiculum ore persentiscat. Juxta verò mollis quædam pastomis adhibeatur, & si ignavus fuerit equus, ut in succussatione calcitret, stimulo sæpius adigatur, sique progredi renueret, scutica propulsetur.

Hac exercitatione agilis reddetur & expeditus, ut in Galoppum etiam sit ruiturus.

Postmodum pedetentim oblique agatur, & ab initio quidem super linea recta, deinde ad columnam per spatium trium præter propter Hebdomadarum; calcaris interim notitia paulatim itidem instillata, sæpius item retrahatur, & antrorsum iterum progredi jubeatur.

Hæc si haud invitus præstet, ad parietem aliquem sive murum, sive columnam, excolatur Redoppo, adhibito Domitore pedestri adminicula subministraturo; eques autem externi femoris applicatione ab anteriori parte, aut calcaribus subditis, virgæ super anteriorem exterioris inflexuræ partem vibratione, & interni femoris admotione, vel eodem femore vel calcari mensuram subministret, ut in decentem non nihil posituram nates equus constituat, dimidiumque Redoppum conficiat.

Quamprimum itaque deprehenderis, equum hæc omnia esse assecutum nec externi femoris applicationem, interno verò mensuræ subministrationē clunibus invitum suscipere, anteriorique parte pedibus à terrâ impigrè sublevatis, progredi (quæ omnia

Das XXXIX. Capitel.

Folgen nun etliche andere Manieren/ wie man ein Pferd dressiren solle.

DIeweiln nunmehro zur Gnüge gesetzt worden/ wie man ein Pferd von Anfangs bis zu End in den Schulen bey der Erden auf der Reitschul aus dem Fundament dressiren solle; Jedermans Thun aber/ bevorab bey einem Soldaten/Cavalier, oder Kauffmann nicht ist/ eine solche Zeit auszuwarten/ in deme bey manchem Cavalier oder Soldaten jählinge Reisen oder Occasionen vorfallen/daß dieselbe ihrer Pferd höchst nothdürfftig; Als habe ich allhier etliche Manieren setzen wollen/durch welche man ein Pferd in kurtzem auch zum Gehorsam bringen/ und einen Cavalier oder Soldaten contentiren kan.

Man soll Erstlich das Pferd (so es das fünffte Jahr zuruck gelegt hat/ sonst ists nicht rahtsam/) ein Tag oder acht am Pilier, oder ohne Pilier traben lassen/ihme auch ein paar Stangen und Mundstück / auf deme es hinfüro stets solle geritten werden/ anthun/ damit es alsobald deren gewohne/und sich im Maul der Hand deß Reuters versichere/ doch darneben einen leisen Cavezon brauchen/ und dasselbe offt/ so es träg wäre/ mit dem Stachel treffen/ damit es in Trab streiche/ und ihme auch darneben mit der Peitschen/ wofern es nicht avanciren wolte/ helffen.

Durch dieses wird es munter und allert werden/und in Galopp fallen.

Nach Verfliessung dieses Tractaments/ solle man es fleissig Fuß für Fuß auf die Seiten treiben/ erstlich auf gerader Linea, hernach am Pilier ein Wochen drey/ und ihme unterdessen den Sporn bekant machen/ auch öfftērs zuruck zauffen/ und wieder fürsich gehen lassen.

Wanns nun diß willig thut / dann so nims an einer Wand/ Mauer/ oder am Pilier, in den Redopp, laß dir einen zu Fuß helffen/und hilff du ihme auch forn mit Anlegung deß äussern Schenckels/ oder Gebung deß Sporns/ Schmitzung der Spitzruthen auf den fordern äussern Bug/ und Avancirung deß innwendigen Schenckels / entweder ein Tempo mit demselben/ oder gar mit dem Sporn/ damit das Pferd die Grouppe ein wenig gebe/ und einen halben Redopp mache.

So bald du nun merckest/daß es diß angenommen/und auf jeder Anlegung deß äussern Schenckel und Gebung der Zeit mit dem innwendigen/ mit der Grouppe gehorsam ist / und dem fördern Theil avanciret/ und aus dem Boden kommet / welches in 14. Tag geschehen kan. Alsdann fang an weit

intra dimidii mensis spatium oppidò fieri poterunt) ad spatiosum Galoppum transitus fieri potest, internaque habena firmiter teneatur; quæ si ad octavam usque vicem repetieris, deprehendasque femora equi in Galoppo exhibendo ad præcepta artis examussim esse composita, ordinemque ab equo constanter servari, ex spatiosa volta quandoque fiat angusta, denuò spatiosâ alternatim confecta, ita quidem ut mox late equus expatiari possit, mox in angustias iterum redigatur: (quanquam nullatenus ulla variatio alteram manum versus locum hîc obtinere possit; Hâcque ratione in capitis colliquè immobilitate equus sit confirmatus, oreæque atque ramis fræni assuetus.)

zu galoppiren / und halt ihme den innwendigen Zügel wol / und so du diß einmal oder acht gethan / und nun sihest / daß es auf seinen Schenckeln im Galopp just ansetzt / und darinnen verbleibet / so mach bisweilen aus der grossen eine kleine Volta, und immer wieder weit / also daß du bald weit bald eng kommst / doch ohne Changirung einigmal auf die andere Hand / und also hiermit das Pferd sowol der Stätigkeit deß Kopffs und Hals versichert / und das Mundstück und Stangen angenommen hat.

Tum verò tres circuli trifolii instar conficiantur, Galoppoque strenuè excolantur, quos si promptè equus emetiatur, interdum alteram manum versus variatio instituatur, quo modo pugni adminiculum spontè excipiet, atque præstolabitur.

Alsdann mache drey kleine Ring wie ein Kleeblat / dieselbe galoppir wol mit ihme / und da es willig dieselbe macht / so changir jemal einen auf die andere Hand / so wird es gehorsam auf die Faust werden / und auf dieselbe warten.

Alternatim verò tractetur hæc lectio, & interdum prælonga lectio, interdum lectio Repellonis aut Cochliformis sibi invicem succedant, hac enim ratione desideratum perfectionis portum attinges.

Man solle aber nebenst dieser Lection bisweilen abwechseln / und eine lange Schul / Repellon oder Schnecken-schul auch mit ihme machen / so wird es dadurch gewonnen und perfectioniret.

Apprimè autem notandum est, omnes lectiones tam ante quam post vehementem exercitationem (quæ attractis habenis fiat necesse est) pedetentim equo probè inculcandas esse, eundem crebrò esse retrahendum, & antrorsum iterum propellendum, blandimentis permulcendum & antequam eques descendat, ad progressionem aliquot passuum adigendum.

Es ist aber hierinnen auch wol in Acht zu nehmen / daß man dem Pferd alle Lection / sowol vor als nach verhaltener starcken Travallirung / Fuß für Fuß wol weise / dasselbe offt hinter- und fürsich ziehe / charessire / und zum allerletzten / ehe man absteigt / wieder weit gehen lasse.

Quin imò, si paulatim morem gerat, frænum solum usurpetur, pastomisque remissis habenis dirigatur, quam ex provida tantum cujuscunque malitiæ curâ in promptu esse oportet. Usus autem hujus fræni ab initio pedetentim tantum equo inculcari debet.

Zum Uberfluß solle man / wann es ein wenig gehorsamet / den Zaum allein brauchen / und den Cavezon lang führen / und denselben nur zur Fürsorg einiger maliz gebrauchen / welcher Zaum zu verstehen aber erstlich nur Fuß für Fuß solle angefangen werden.

Alius domandi modus.

Frenetur Equus eo quo decet modo, pastomide molli ori immissâ, in voltâ quadam spatiosa aut area etiam ad spatium quatuordecim dierum pedetentim ultro citroque commeando exerceatur, ut & adminiculo pugni plenariè assuescat. Pastomidis enim hîc usus ferè nullus est, nisi quod ad immobilitatem capitis procurandam & modicam versuram faciendam conducat. Aut si mavis pastomide adhibitâ equitetur, interim verò interno nonnunquam calcari adhibito, ut ejusdem adhortatione perculsus in Galoppum ruat. Crebrò etiam retrahatur, & antrorsum iterum pergere compellatur.

Auf eine andere Manier.

Man soll das Pferd zäumen wie es sich geziemet / einen schlechten leisen Cavezon anthun / und also einmal etliche in eine weite Volta oder Platz Fuß für Fuß eine Zeit von vierzehen Tagen auf und abreiten / damit es das Mundstück recht annehme / und der Faust gewohne / sintemal der Cavezon in diesem Ort so viel als nichts muß gebraucht werden / ohne daß man den Kopff damit gerad hält / und ein wenig wendet / oder reitet es gar auf einer Drensen / und unterdessen ihme etlichemaln den innwendigen Sporn geben / daß es auf denselben gehe / und den Galopp nehme / auch in der Zeit offt hintersich ziehen / und dann wieder fürsich gehen lassen.

Quibus impetratis, equoque duobus hisce adminiculis adhibitis morem gerente, in spatiosa volta Galoppo tam diu excolatur,

Wann diß geschehen / und das Pferd auf diese benandte beyde Hülffen gehet / alsdann galoppirts eine weite Volta, so lang (jedoch ohne Durchschliessen)

quanquam ſine tranſitu, usque dum animadvertas pugno amplius gravem non eſſe, quo animadverſo, ſive in Galoppo leniter gradus ſiſtatur, ſive ſi in hac lectione nimis adhuc duriter gradum ſiſteret, ex Galoppo in ſuccuſſationem cadat, gradusque quantum fieri poteſt leniſſimè ſiſtatur. Quod quidem utramq; manum verſus expediri neceſſe eſt, donec tactûs beneficio deprehendas, etiam hoc in puncto equum morem gerere. Poſtmodum ex ſpatioſa in arctiorem voltam traducatur, quandoque duabus, quandoque tribus voltis anguſtioribus confectis, deinde denuo tranſitus fiat ad ſpatioſam voltam, in qua ſi equus etiam pareat, alteram manum verſus variatio inſtituatur: ab initio quidem in volta ſpatioſa modicè, variatione poſteà magis ac magis auctâ.

Quæ omnia ſi ſpontè equus ſubeat, equiſo ad lectionem Repellonis, lectionem prælongam, aliaque diverſorum exercitiorum genera, progrediatur, ſicuti in hoc libro jam oſtenſum eſt.

Abſolutâ etiam lectione, unâ aut alterâ vice ad contum tranſiliendum adigatur, remotâ paſtomide (lupato) in campo ſæpius excolatur, hoc modo equum militarem obtinebis, cuivis militi expoſcendum.

Si verò pugno nimis eſſet gravis, intra columnas capiſtro ex funibus contorto impigrè exerceatur, à tergo verò ſcuticâ aut ſtimulo propulſetur, ne ſubſiſtat, ſed poſterioribus pedibus humi acclinatis ſequatur, qua ratione ſcopum præfixum etiam attigeris.

Alia adhuc domituræ methodus.

Frenetur Equus eo quo par eſt modo, molli paſtomide ori immiſſâ, proſtomide equitetur, aut nuda etiam oreâ cava, ſemotâ paſtomide, in ſpatioſa volta per dimidii menſis ſpatium pedetentim exerceatur, crebroq; & retrahatur & antrorſum denuò pergere cogatur, ſuccuſſatione inſuper & levationibus crebris ſtrenuè excolatur, ita tamen levationes fiant proſpiciendum eſt, ut illicò equus propellatur nec unquã ſubſiſtendi ſpatium impetret. Quæ ſingula ſi ſponte faciat, levationes crebras admittat: poſterioribusq; pedibus humi appreſſis ſequatur, galoppo præpete & concitato exerceatur, ad crebras calcitrationes faciendas adigatur, gradus ſæpius ſiſtatur, Paradâque abſolutâ repentè iterum concitetur, ita quidem ut terque quaterque finita Parada antrorſum propulſetur, antequam omninò ſubſiſtes. Sic facilè animadvertes quanta cum lenitate verſuram equus ſuſtineat, pedesque à terrâ ſublevet Quousque ſi equus ſit perductus, variari poterunt voltæ, inſtitui variationes, omnesque lectiones pro lubitu exerceri.

ſen) bis ihr vermercket / daß es leiß in der Fauſt wird / ſo ihr das mercket / ſo parirts leiß entweder im Galopp, oder ſo es noch zu hart auf die Parada in dieſer Lection wäre / ſo laſſts aus dem Galopp in Trab kommen / und parirts ſo leiß als es immer ſeyn kan / diß muß man thun auf beyde Hände / bis man fühlet und ſihet / daß es auch auf dieſes obediret / dann nimt mans aus der weiten Volta in eine enge / macht bisweilen zwey oder drey enge Volten / und dann wieder weit / und ſo man dann das Pferd damit auch gewonnen hat / ſo changirts dann auf die andere Hand / doch erſtlich in einer weiten Volta, und erſtlich nicht zuviel / hernach kan man immer je mehr changiren.

Thut es dieſes willig / ſo machet Repellon, lange Schulen und allerhand Exercitia, wie ſchon in dieſem Buch verzeichnet / mit ihme.

Laſts auch nach gethaner Lection über eine Stangen einmal zwey oder drey ſpringen / reitets darneben offt ins Feld / thut ihm den Cavezon hinweg / ſo werdet ihr ein brav Soldaten-Pferd daraus machen / welches jeder Soldat wird reiten können.

So es aber allzuſchwer auf die Fauſt wäre / ſo könnt ihrs auf die Letzt zwiſchen den Piliern in einer Strick-Halffter wol exerciren / und hinten mit der Peitſchen und Stachel fort treiben / daß es nicht ſtill ſtehe / ſondern mit den hintern Füſſen fein nachſetze; ſo habt ihrs auch gewonnen.

Noch ein andere Manier.

Zämt das Pferd / wie ſichs gehört / legt ihme darneben einen leiſen Cavezon an / oder reitet es auf einer Drenſen / oder einem ſchlechten Holbiß ohne Cavezon, ein Tag oder vierzehen Fuß für Fuß auf einer weiten Volta, und laſts offt zuruck und fürſich gehen / trabts wol / und levirts offt / doch müſt ihr Achtung auf die Levada geben / daß ihrs fort treibt / und nicht darinn ſtill ſtehen laſſet / ſo es diß nun gern thut / offt leviret / und hinten begehrt nachzuſetzen / dann galoppirts einen geſchwinden Galopp, läſts offt darinn ſtreichen / parirts offt und geſchwind auf die Parada fürſich gejagt / als daß ihr es drey oder viermal auf die Parada fürſich pouſſirt / ehe ihr ſtill haltet / ſo werdet ihr bald fühlen / wie euer Pferd leiß auf die Fauſt wenden / und aus dem Boden kommen wird; wann ihrs dann ſo gewonnen habt / könnt ihrs rundiren und changiren / auch Lectiones mit ihme machen / wie ihr wollet.

Noch

Adhuc alia domituræ methodus.

Equus pro more recepto frenetur, pastomide insuper adjunctâ, in volta spatiosa per quatuordecim dies pedetentim in Catadromo exerceatur, interna habena quàm firmissimè retentâ, externa verò opus suum peragente; quod si progredi equus renueret, internum calcar subdatur, in omnibus similiter variationibus interni femoris & calcaris adminicula adhibeantur, equusque hoc modo in omnibus tam succussationis quam Galoppi lectionibus excolatur, ut jam descriptum est; & obediendi in equo promptitudo facilè patescet.

Hæcque lectio aliàs vocatur lectio habenarum contrario motu sibi invicem respondentium, à multis Equisonibus secretioris mysterii sigillo obsignata.

Observanda autem est in omnibus hisce aphorismis tam blanditiarum adhibitio, quàm si opus sit, castigationis applicatio; semperq; finita lectione pedetentim equum per quadrantem horæ, aut si quid ulterius etiam, esse exercendum; vitiaque occurrentia consuetis adminiculis, instrumentorumque necessariorum apparatu tempestivè esse corrigenda.

Quandoquidem autem lectiones modò propositæ maxima ex parte Principia & axiomata equestris Artis evertant, proinde qui lectionibus hisce uti animum induxit, sedulò sibi prospiciat, ut cautè procedat. Nisi enim judicio discretivo egregiè polleat, quo de equi indole, firma aut infirma corporis affectione, staturæque conditione sententiam ferre possit, Patientiæ insuper dono instructus non sit, ab illis confidenter abstineat, nisi quàm turpissimè equos suos velit depravatos. Cùm, uti dixi, adminicula hic plerumque adhibeantur contraria.

Si verò sedula indagatione & impigro labore quis uti præsumat, spe suâ se defraudatum minimè conqueretur, sed maximo cum suo commodo, multum temporis lucrabitur, id quod inexhausto gravissimoque cum labore experientiâ edoctus, plurimos equos, in quibus formandis alii pridem desperaverant, in integrum restitui.

Sæpe enim exiguo quodam remedio brevissimo interveniente temporis spatio, equus est corrigibilis, imprimis si militari tantum methodo Nobilis aut miles equum suum velit formatum. Quod quidem intra bimestre spatium, si non omninò, maxima tamen ex parte expediri poterit. Si enim secundum artis præcepta res agenda, aut ob staturæ integritatem, orisq; qualitatem possibile sit, nullus equus militaris levandus est, sed contis aut fossis transiliendis assuescat.

Mantissæ loco superaddere lubet, si equus aliquantisper saltim sit formatus, sclopeta manuaria sæpius super eo esse exone-

Noch eine andere Manier.

Zaumt euer Pferd wie der Brauch ist / legt ihme darneben einen Cavezon an/reitet es ein Tag oder vierzehen Fuß für Fuß / auf der Reitschul in in einer weiten Volta, und halt euren innwendigen Zügel gantz fest/mit dem äussern Zügel arbeitet/und so es nicht avanciren wolte / so gebt ihm den innwendigen Sporn / deßgleichen in allen Wechslungen / so braucht die innwendige Hülff deß Schenckels und Sporns / auf diese Weise / trabt und galoppirt euer Pferd in allen Lectionen/ wie schon beschrieben/ihr werdet erfahren/ daß es wol obediren wird.

Und diß ist der Contra-Zügel / so bey theils für ein grosses Geheimniß gehalten wird.

Es ist aber bey allen diesen Posten zu mercken/ daß man erstlich das charessiren / und auch so es die Nothdurfft erfordert / der gehörigen Straffe nicht vergesse/und allemal nach der Lection das Pferd ein gute Viertelstund Fuß für Fuß reite/und die zufallende Mängel bey Zeiten mit den gebräuchlichen Hülffen/ und darzu gehörigen Instrumenten corrigire.

Dieweilen aber diese obgesetzte Schulen meistentheils contra die Regulam und Fundament deß Reitens lauffen / also mag sich einer der sie gebrauchen will / wol fürsehen / daß er recht darmit umgehe / sintemal so er nicht wol von dem Pferd judiciren kan / was eines jeden Pferds Humor/ Stärcke und Schwäche / auch das Gewächs ist/ und kein Patientiam darneben hat / so laß ers bleiben / sonsten wird er sein Pferd meisterlich darmit verderben/ massen wie gedacht/solches meistentheils Contrari-Hülffen sind.

Wo aber einer fleissig nachsinnet / und darneben gern arbeiten mag/ der wird sich hierinn nicht betrogen finden / sondern ihme grossen Nutzen darmit schaffen / und viel Zeit damit gewinnen / wie ichs dann mit meiner blutsauren Arbeit offt erfahren habe / und manches desperates Pferd darmit zurecht gebracht.

Dann offt durch ein geringes Mittel ein Pferd in gar kurtzer Zeit mag gewonnen werden/ bevorab so ein Cavalier oder Soldat sein Pferd nur a la soldate haben will / kan man innerhalb ein paar Monat viel dabey thun/dann wanns recht seyn solle / und es auch wegen deß Gewächs/ und Mauls deß Pferds müglich seyn kan / solle man gar kein Soldaten Pferd leviren / sondern dasselbige über eine Stangen oder Graben zu springen / darfür unterweisen.

Zum Beschluß habe ich auch hieher setzen wollen/daß/wann man das Pferd nur ein wenig gewonnen hat / solle man offt auf demselben schiessen/ und

randa, nudumque gladium oculis crebrò esse subijciendum, ut hac ratione omnem timorem pavoremque exuat, majoresque spiritus capiat.

In omnibus præterea lectionibus loco ferreæ pastomidis, contorta ex funibus suppeditari equis poterit, & manifestum erit operationem ejus longè esse expeditiorem, operatione pastomidis ferreæ. Usurus tamen pastomide ex funibus complicatâ, pugnum fortiter claudat, ne ex manu habenæ elabantur.

den blancken Degen zeigen / darmit es aller Forcht und Scheuens vergesse / und desto hertzhaffter werde.

Man kan auch in allen Schulen denen Pferden / an statt deß eisernen Cavezons einen Strick-Cavezon anthun / so wird man sehen / daß die Operation dieses / viel geschwinder und besser / als jenes ist / doch wer die Strick-Cavezon brauchen will / solle seine Faust wol zuthun / darmit ihme die Zügel nicht aus der Hand rutschen.

Cap. XL.

De Exercitatione nocturna.

ET olim mos obtinuit, & hodienum adhuc apud nonnullos more receptum est, ut equos suos formatos noctu exerceant, per diem autem in stabulis quiescere sinant. Quem etiam modum si certas ob causas cum judicio usurpetur, nec ego improbo, nec ab ullo ita nudè & crudè, in equis imprimis militaribus rejectum velim.

Ab initio verò pullus adhuc rudis & intractatus hûc non quadrat, verùm equi duntaxat nonnulli enormi quodam vitio laborantes & in quibusdam lectionibus refractarios sese exhibentes, cujusmodi vitia sunt:

--- --- *contra sua fræna tenacem*
Ore reluctanti fulminis ire modo. Ovid. lib. 3. Amor. eleg 4.

pugni moderamen antevertere, formidolosum esse, mobilitate capitis laborare, cogitationibus hinc inde divagari, aliis equis lectioni non attendendo adhinnire, adminicula equitis tam pugni quam femoris respuere, anterioribus pedibus terram atterere, regimini pugni omni nisu atque conamine repugnare, equitem illibenter dorso excipere, descensumque invitum permittere, non nisi coactè retrogredi, & quæ sunt vitia ejusmodi plura alia.

Hujusmodi inquam equi primis vicibus sine facibus, ad lunæ tantum splendorem, tenebris postea magis ac magis augescentibus, tandem verò accensis facibus exerceantur, ab initio quidem leniter admodum, diuque pedetentim, antequam acrius eos adoriaris, tractentur, magisque ipsa lectione quam verberibus castigentur, & brevi temporis spatio insigne nocturnæ hujus exercitationis commodum sese prodet. Omnis enim Equis hac ratione omninò subducitur occasio ad vitia in actum deducenda, quæ interdiu perpetrare possent. Quantumcunque enim ferociæ & resistentiæ equo insit, legitimo tamen tractandi modo observato, ad expectationem pugni & adminiculi equitis adigi poterit.

Das XL. Capitel.

Von dem Nachtreiten.

ES ist vor diesem / wie auch noch bey etlichen der Brauch gewesen / daß sie ihre Schulpferd bey Nacht exerciren / und deß Tages in den Ställen stehen lassen / welche Manier / wann sie um gewisser Ursachen willen / mit rechtem Verstand gebraucht wird / ich mir auch wol gefallen lasse / und von keinem kan reijciret werden / und ist für allen solche Manier auch an den Soldaten Pferden zugebrauchen.

Man solle aber Anfangs keinen rohen / ungerittenen Fohlen darzu nehmen / sondern solche Lection gehöret nur für etliche Pferd / die ein gewisses Laster an ihnen haben / und in etlichen Schulen sich widerspenstig erzeigen / als da sind: ausreissen / nicht auf die Faust warten wollen / schen sind / mit dem Kopff unstät / und den Gedancken hin und wieder fantasiren / nach andern Pferden sich sehnen / und dadurch die Lectiones nicht in Acht nehmen / nichts nach deß Reuters Hülff / sowol mit der Faust als Schenckel / fragen / vornen mit dem Leib tieff im Boden gehen / und auf die Faust mit Gewalt dringen / nicht gerne auf- und absitzen lassen / nicht gerne zuruck gehen wollen / und was dergleichen Laster mehr sind.

Solche Pferde nun soll man erstlich / ohne Fackel und beym Monschein exerciren / hernach immer je länger je mehr im Finstern / und zuletzt bey angezündeten Fackeln oder Windliechtern; Sie auch Anfangs sehr sittsam / und lang Fuß für Fuß / ehe man sie stärcker angreifft / tractiren / und mehr mit der Lection als mit Schlägen straffen / so wird man bald und in kurtzer Zeit erfahren / was dieses Nachtreiten für einen Nutzen nach sich bringen wird / dann dem Pferd alle Ursachen zu allerhand Lastern / welche es bey Tag thun köndte / dadurch gäntzlich benommen werden / sintemal / wann man recht darmit umgehet / es wolle oder wolle nicht / und seye so widerspenstig als es immer wolle / so muß es doch endlich auf deß Reuters Faust und Hülffe warten.

Quanquam etiam interdum interdiu in Hippodromo exerceri debeant, quum exercitatio isthæc nocturna correctionis tantum vices subeat, quâ à vitiis abstrahantur, econtrà verò ad lectiones addiscendas eò habiliores reddantur: Si quidem omnis equus formatus semel per septimanam exerceri debeat, cujus rei ratio hæc est, quod homo equestris aut militaris ordinis de tempore quo forte profectio quædam paranda est, aut casu quocunq; fortuito certus esse non possit.

Si igitur equus tam noctu quam interdiu sit exercitatus, præsidio equi niti peregrè abiturus tuto poterit; Et ne quicquam desit securitati, consultum esset, ut omnes equi tolutarii, gradarii, & boni viatorii, Principis aut Nobilis, aut personæ cujuscunque peregrè abituræ, corpori vehendo destinati, unâ aut alterâ vice noctu rectâ quoquoversum progredi cogerentur, id quod multis modis ipsis proficuum futurum esset. Præberet enim egregium imprimis oreæ sustentaculum, gressusque mirum in modum firmaret.

Jedoch solle man sich nicht einbilden/ daß man solche Pferd niemaln deß Tages auf die Reitschul bringen dörffte/ sondern dieses Nachtreiten ist vielmehr eine Correction/ dadurch das Pferd von seinen Lastern ab/ und hergegen in den Schulen desto besser versichert wird/ massen dann ein jedes dressirtes Schulpferd die Wochen einmal zu Nacht solle exercirt werden/ Ursachen ein Soldat oder Cavalier nicht weiß/ wann er fort muß/ oder wann er in eine Action kommt.

Wann dann sein Pferd so wol bey Nacht als bey Tag in den Schulen ist exercirt worden/ so kan er sich nur desto fester darauf verlassen/ zum Uberfluß wäre auch nicht unrahtsam/ daß alle Paßgänger/ Zelter oder sonsten Pferd/ die einen guten Schritt über Land gehen/ und einem grossen Herrn/ Cavalier oder reisenden Personen dienen sollen/ die Wochen ein paarmal deß Nachts gerad ausgeritten würden/ welches ihnen zu vielen Sachen/ absonderlich eine gute Anleitung aufs Gebiß/ und zum gewissen Tritt eine gute Versicherung thun solte.

CAP. XLI.

De formatione Equi absq; Equite.

IN omnibus etiam lectionibus solius chordæ subsidio absque equite equus formari potest, columna vel adhibita, vel susque deque habita, vel duabus etiam columnis in auxilium vocatis: Equitem autem nihilominus opportuno tempore adminiculum equo suppeditare scire oportet.

In quibus lectionibus si equus primò sit ad perfectionem perductus, eo conscenso plura præstabit eques menstruo spatio, ac si per dimidium annum eundem exercuisset.

Insignis autem patientia cum judicio conjuncta hûc necessaria est, ut dijudicari possit, cui nam lectioni addiscendæ equus sit habilis: aliàs columnæ ea gloria invidenda non est, quod sola sit fundamentum omnium vitiorum corrigendorum, lectionumque omnium tutissima norma. Cùm ad columnam recta linea corrumpi nullatenus possit, Equo verò necessariò assiduè progrediendum sit, simulque pugni adminiculum ab equite expectandum.

Das XLI. Capitel.

Vom dressiren ohne den Reuter.

ES kan ein Pferd auch wol dressirt werden in allen Schulen ohne den Reuter nur an einer Chorda, mit dem piliern ohne den Pilier, und zwischen beyden Piliern/ jedoch muß der Reuter mit einem Stecken oder Spitzruthen dem Pferd die Hülffe auch zu geben wissen.

In welchen Lectionen/ so man ein Pferd erstlich darinn perfectionirt/ der Reuter hernach in einem Monat mehr mit ihme ausrichten kan/ so er darauf kommt/ als wann er sonsten ein halb Jahr denselben travaillirt hätte.

Gehört aber auch eine grosse Gedult und Judicium darzu/ nemlich/ zu welchen Schulen das Pferd inclinirt seye oder nicht/ sonsten ist der Pilier allein das Fundament der Correction/ aller Laster der Pferd/ wie auch die Versicherung in allen Lectionen/ sintemal am Pilier die gerade Linea nimmermehr kan verfälschet werden/ und necessariò das Pferd immer zu avanciren/ und benebenst auf die Faust und Hülff deß Reuters warten muß.

CAP. XLII.

De Exercitatione campestri, & quomodo equus ad ferendam tormentorum manuariorum exonerationem sit assuefaciendus.

INsignis campestris exercitationis utilitas, tam in formatos equos, quam alios etiam redundans, digno satis præconio mactari

Das XLII. Capitel.

Vom Feldreiten/ dabey das Pferd auf den Schuß zu gewehnen.

DAs Feldreitē ist ein solch nutzliches Werck/ bey allen/ so wol Schul- als andern Pferden/ welches nicht genugsam kan

non poteſt. Et quanquam in domiturâ pullorum ejusdem jam facta ſit mentio, plura tamen de eâ verba facere operæ pretium duxi. Per eandem enim rectâ equus incedere, paſſibusque rectis progredi aſſueſcit, poſterioris corporis partis titubationem deſueſcit, mox acclivia, mox declivia loca aggreditur, modò per amnem, modò per cœnum, agrũ, viam regiam, ſylvam, vepretum propellitur. Modò in urbe per varias plateas delapidatas, varias domos & ergaſteria tranſit, variis objectis viſui audituique occurrentibus, per quæ tractabilis & manſuetus redditur.

Si enim per plateas, in quibus diverſorum opificum officinæ ſunt, equo ſit transeundum, diverſorum objectorum aſſiduo occurſu ad hæſitationem adigitur, crebrô autem obtutu induratur, ut nihil amplius expaveſcat.

Eodem planè modo in campo varia ſeſe equi oculis objecta offerunt, diverſa utpote armentorum genera, aurigationes, aves, catadupæ aquarum, aliaque minus familiaria: quibus omnibus moveri aut affici non debet, ſi quidem Principis, Nobilis aut cujusvis peregrè abiturientis vota implere velit.

Porrò non ſolum paſtomide commodius rectâ equum exercere poteſt equiſo, ſed oream etiam equus promptior recipiet, frænique moderamen aſſequetur.

Quibus omnibus Equiſoni varias lectiones, caſtigationesque quas neceſſarias arbitratur, adjungere licebit. Cum equus catadromi cancellis coercitus ſæpius quidem morem gerat; in liberum verò campum eductò vitia & nequitia repullulent, quæ vitia in libero campo caſtigata, ſi equus correctionem admiſerit, multò penitius quàm in Palæſtrâ equeſtris domituræ, eradicantur.

Nec minus equus formatus ad minimum ſemel per ſeptimanam in campum rectà equitetur, ut recentes ſpiritus capere, & animum languidum reficere poſſit.

Quotiescunq; etiam in campum equos educit equiſo, equum quendam veteranum, exonerationi tormentorum aſſuetum, ſimul educat atque ſuper eo tormenta manuaria crebrò exonerari curet, pullis tamen procul remotis, ut hoc modo pulli tam exploſioni ipſi, quam igni fumoque ferendo aſſuefiant.

Ab initio tamen non comminùs propè pullos aut proximè ad eorum capita, ſed eminus & à tergo quidem ipſorum, ſclopeta exonerentur. Si itaque equiſo Equum ſatis jam formatum, & in campo ad exploſionem & fumum ferendum impavidum, exploſioni & tormentorum exonerationi ferendæ penitus aſſueſcere velit, ab initio eundem paſtomidi intra duas columnas alliget, altera paſtomidis habenâ manu prehenſa. Deinde à tergo equi tormentum manuarium nitra-

beſchrieben werden/ und wiewol ſchon darvon gemeldet worden / in Abrichtung der Fohlen / ſo hab ich doch für nothwendig erachtet / noch einmal etwas mehrers darvon zu melden / ſintemal das Pferd lernet dardurch gerad ausgehen / bekommt einen geraden Schritt / vergiſſt das Hin- und Wiederwerffen mit der Grouppe, muß bald Berg auf/ bald abgehen/ bald über einen Bach/ bald durch ſ. v. Koth/ bald über einen Acker / bald auf einen Fuhrweg / bisweilen in Wald/ bisweilen neben eine Hecken/ durch die Stadt auf dem Pflaſter / und viel Gaſſen/ für viel Häuſer und Läden / wordurch ihme allerley für das Gſicht und die Ohren kommt / dardurch es dann fromm und thätig wird.

Sintemal ſo es durch die Gaſſen/ als wo viel Handwercker ſind / geritten wird / kommt ihm immerzu etwas für/ daran es ſtutzet / und durch daſſelbe offtere Anſchauen/ achtet es ſolches nicht mehr/ und vergiſſet das Scheuen.

Ebenermaſſen begegnet ihme im Feld allerley Vieh/ Fuhren/ Vögel/ Waſſerrauſchen/ und andere fremde Sachen/ ſo es alles nicht achten muß/ ſolle es anderſt einem groſſen Herrn / Cavalier oder Reiſenden recht dienen können.

Fürs Ander / ſo kan es der Bereuter nicht allein deſto beſſer gerad aus mit dem Cavezon arbeiten/ ſondern es nimt auch das Mundſtück deſto ehender an/ und lernt den Zaum verſtehen.

Benebenſt kan ihme auch der Bereuter allerley Lectionen und Straffen geben/ die er für nötig findet / ſintemal offt ein Pferd wanns in einem Reithaus eingeſperret iſt/ gut thut / wanns aber hernach ins freye Feld geritten wird/ und ſich frey befindet/ da weiſets bisweilen ſeine Tück und Laſter wieder / welche Mängel/ wann ſie im freyen Feld corrigiret werden / und es obediret/ viel beſſer/ als die im Dummelhaus ſind.

Ebenermaſſen man ein dreſſirtes Pferd die Wochen zum wenigſten einmal ins Feld / gerad ausreiten ſolle / daß es ſich verblaſen/ und etwas erluſtiren möge.

Es ſolle auch der Bereuter/ wann er die Pferd ins Feld reitet/ allemal ein alt Pferd/ ſo deß Schieſſens gewohnt/ mit hinaus nehmen/ und etlichmalen auf denſelben ſchieſſen laſſen/ aber weit von den jungen Pferden / damit die junge Pferd / ſowol den Schuß / als auch deß Feuers und Rauchs gewohnen.

Man muß aber im Anfang nicht nahe bey den jungen Pferden/ oder bey derſelben Köpffen/ ſondern hinterwarts deroſelben/ ſchieſſen laſſen. Wann nun der Bereuter ein Pferd welches ſchon zimlich geritten iſt / auch im Feld hat ſchieſſen hören und den Rauch geſehen/ zum Schuß recht gewöhnen will/ ſo ſolle er daſſelbe erſtlich zwiſchen zwey Piiier an einen Cavezon binden / wie auch einen Zügel vom Cavezon in die Hand nehmen / und einen von Ferne hinter dem Pferd / ein Piſtol/ welche aber nicht ſtarck geladen iſt / loß ſchieſſen laſſen / ſo es darvor

erſchrickt

to pulvere modice ſaltim infartum eminus exonerari curet; ſi ergò ad exonerationem iſtam præ pavore ſubſiliat, equus ſemetipſum caſtigat, ſi verò rectum & ſublimem ſeſe efferre præſumat, habenâ, quam manu gerit equiſo, eundem corrigere poterit.

Nihilo tamen minus blandimentis identidem eundem permulceat, ſuppeditatoque aut fœni aut avenæ ſive graminis manipulo favorem equi aucupetur exonerationeque tormentorum tam diu magis ac magis cominus pergat, donec omnis tandem tremor pavorque prorſus ſit ſublatus, conf. N. XCIX. lit. a.

Tandem verò ubi exonerationem à tergo ſufferre poteſt, à fronte etiam, quanquam ſatis è longinquo tormentum iterum exoneretur, continuatione ad prædictum modum inſtitutâ: quam ſi itidem ſine moroſâ ferociâ ſuſtineat, duo tormenta ſimul à fronte ſcilicet & à tergo explodantur. vid. N. XCIX. lit. b.

Et ſi pavor omnis prorſus ab equo remotus deprehendatur, eques ipſe eum conſcendat, tormentumque exoneret. vid. N. XCIX. lit. c. Poſteà cum eo progrediatur in campum, ac pro lubitu tormenta explodat, ad hunc ſcilicet modum:

Eques tormenta manuaria ex receptaculis protracta, rurſus recondit, deinde denuò protracta retrò in ſublime effert, dracone (catulo) duntaxat ſtrepitum edente. Porrò pulvere tormentario viperæ (ſcutulæ) ſparſim infuſo, denuò remiſſo catulo ſtrepitus edatur. Tandem modicè ſaltim nitrato pulvere fiſtula impleatur, & explodatur. Conf. N. XCIX. lit. d.

Quoties autem tormentum Eques tractat, blandimentis equum demulceat, exonerationeque factâ, blanditiis denuò repetitis, in gyrum cogat. Tandem ubi exonerationi exaſsè fuerit aſſuefactus, ad latus oblique tormentum deorſum explodatur, poſt à fronte ſurſum, deinde à fronte obliquè, tandem ſupra ipſum caput fiat exploſio, blandimentis tamen ubique adhibitis; ne pulvere nitrato equus uſpiam aduratur, ſedulo proſpiciatur.

Quæ omnia ſi equus haud invitus ſuſtineat, duo equites aut plures etiam ſimul in Palæſtra equos in voltâ exercentes, tormenta exonerent. Ita tamen volta conficienda eſt, ut uno verſuram inſtituente, ſinguli ſimul equos reflectant, verſuraque abſoluta, tormenta explodant. N. XCIX. lit. e.

erſchrickt und fürſich prellet / ſo ſtraffet es ſich ſelbſten / will es aber überſich gehen / ſo kan er es mit dem Zügel unterſich ſtraffen.

Nichts deſtoweniger ſolle er es allezeit careſſiren und ihme allemal entweder / Heu / Haber oder Gras darreichen laſſen / darmit es begütigt und bey gutem Willen erhalten werde / und ſoll er ſo offt hinter ihme / auch je länger je näher ſchieſſen laſſen / bis es nicht mehr darfür erſchrickt und ſich nicht förchtet. Beſihe. N. XCIX. lit. a.

Wanns nun ſolches leidet / ſo ſolle man von fornen / aber auch zimlich weit davon Feuer geben laſſen / und darmit wie vorhero geſchehen continuiren / und ſo es ſolches auch angenommen / beyde zugleich von vornen und hinten Feuer geben laſſen / beſiche N. XCIX. lit. b.

So es nun hiervon nicht mehr erſchrickt / kan man einen darauf ſetzen und auch Feuer geben laſſen / beſiehe N. XCIX. lit. c. hernach mit ihm ins Feld hinaus reiten und darauf ſchieſſen wann man will / nemlich auf dieſe Weis:

Der Reuter ziehet die Piſtol aus der Hulffter / und ſteckts wieder hinein / hernach ſo ers wieder heraus ziehet / ſo hält ers in die Höhe ruckwarts / und läſt die Piſtol nur loß ſchlagen / darnach ſo thut er Pulffer auf die Zündpfannen / und läſts wieder loß ſchlagen / letzlich ladet er das Piſtol / aber nicht ſtarck / und gibt Feuer / beſiche N. XCIX. lit. d.

Er muß aber allemal dem Pferd ſchön thun / ſo offt er mit dem Piſtol etwas thut / und auf den Schuß im Rauch fein herum / mit ſteter Chareſſe reiten / wann nun das Pferd den Schuß hinten leidet / ſo gibt man hinwarts auf der Seiten in Boden Feuer / nach dieſem vornen überſich / vornen auf die Seiten / letzlich über dem Kopff / in allem muß man die Chareſſe nicht vergeſſen / und Acht haben / daß man das Pferd mit dem Pulffer nicht brenne.

Wann es dieſes alles leidet / ſo können ein paar oder mehr ſolche Pferd in der Volta exerciren / und Feuer geben / nemlich ſie müſſen die Volta alſo machen / daß wann einer wendet / ſie alle zugleich wenden / und nach dem Wenden allemal Feuer geben. N. XCIX. lit. e.

CAP. XLI.

De Saltatione.

ARtificium est non ex imperitorum, sed peritissimorum quorumvis hominum calculo æstimandum

--- --- *Equitem docuisse sub armis*
Insultare solo, & gressus glomerare superbos. Virg. l. 3. Georg.

Et lectio si qua alia quæ tam ad terram, quàm supra terram fiunt, tantum non difficillima; Equis autem infirmis & ignavis minimè commoda.

Sciendum autem est, hanc lectionem esse duplicem; unam secundum mensuram concitatam procedere, juxta quam varia saltationis genera, quæ sine triplici quantitatis proportione fiunt, possint exhiberi, omnesque equi naturali proclivitate ad gressus compositos faciendos dispositi, possint formari.

Altera verò lectio juxta ejusmodi procedit motionem, secundum quam omnis modulus sive mensura, tam ea quæ cum triplicis quantitatis proportione, quam quæ sine ea fieri solet, singuli insuper Couranti, Sarabandi, aut Bransles, saltari possunt. Et huic quidem motioni equi, naturali dispositione ad saltandum destituti, facilius assuefieri possunt iis, qui aliqua dispositione jam sunt præditi, quamvis nec illi sint planè inhabiles; Ego tamen destitutos naturali habitu reliquis anteposuerim, quanquam & hos & illos saltationis habitu juxta secundum hanc lectionem imbuerim.

Primum saltandi modum quod concernit, in mandra (hippostasio) aut intra duas columnas equus inverso modo alligatus ab anteriori parte baculo non adeo crasso crurum levationi, tarditate quantâ fieri possit maxima, assuescat.

Quam si equus fuerit assecutus, à posteriori parte levatio itidem ipsi inculcetur: qua itidem impetratâ, paulò celerius adminiculum præbeatur, ut pes pedi respondeat; postea à columna liberetur, & parietem versus recta progrediendo excolatur, eques eum conscendat, qui attractis habenis succussando strenuè eundem exerceat; aut ne pugno gravis esse possit, Gamarra ipsi applicetur, ut corpus contrahere necesse habeat.

Succussatione tandem absoluta, pedester domitor, adminicula denuò subministret; Eques autem ut admotione plani femoris mensuram opportunè suppeditet, operam navet, ut hoc modo adminiculi subministrationi paulatim obtemperare discat.

Quod ubi impetraveris, pedester domitor prorsus discedat, equesque solus equum exerceat.

Exercitium tamen hoc, donec equo fa-

Das XLI. Capitel.

Vom Tantzen.

EIn Pferd Tantzen zu lernen/ist kein so leichte Kunst / wie es ihme ein Unerfahrner viel leicht mag einbilden / sondern eine schwere Lection / als eine unter allen / so wol bey der Erden als über der Erden seyn kan / und gehören zu dieser Lection keine schwache oder faule Pferd.

Es ist aber zu wissen/daß diese Lection zweyerley ist/ eine die gehet in einem geschwinden Tact, und können allerley Täntz / so ohne Tripel, darmit getantzt / auch können zu dieser Weis alle Pferd/ welche sonsten von Natur eine Action an sich haben/ gebracht werden.

Die andere gehet in einer solchen Motion / in welcher aller Tact im Tripel und ohne Tripel, jeder Courant, Sarraband, oder Bransle, getantzt wird / und können zu dieser Motion viel ehender die jenige Pferd / welche von Natur keine Action haben/gebracht werden/als welche Action haben/ welche zwar darzu auch tüchtig / jedoch ich für mein Person lieber ein Pferd das gar keine Action hat/ nehmen wolte/wiewol ich aus allen beyden/ in dieser Manier das Tantzen gebracht habe.

Das erste Tantzen anlangend / soll man das Pferd im Stand oder zwischen zwey Piliren herum hefften / und vornen mit einem nicht gar dicken Stecken die Schenckel heben lernen/so langsam als man kan.

So das Pferd nun dieses hat gefasst / muß man es hinten auch heben lernen / und so es diß auch willig thut / alsdann hilfft man ihme etwas geschwinders / daß ein Fuß auf den andern respondire / dann von den Pilieren hinweg / und an einer Wand gerad aus/ und setzt einen darauf/ läst es wacker mit verhaltenen Zügeln/ traben / oder legt ihme eine Gamarra fürs Dringen an / damit es fein mit dem Leib beyeinander bleibe.

Alsdann nach dem Trab / so hilfft der zu Fuß wieder/ und muß sich der zu Pferd sitzet/auch befleissigen/ihme das Tempo mit dem blatten Fuß zu geben/darmit es allgemählich auf diese Hülff gehe.

Und so es diß thut / solle der zu Fuß gar hinweg/und der Reuter es allein exerciren.

Doch muß man solches Exercitium erstlich/ bis

miliarius sit redditum, ad parietem aliquem equiso auspicetur, & tamdiu illud continuet, donec ad perfectionem in eo ascenderit.

Tum demum in volta, mox oblique, mox retrorsum, mox antrorsum, nec non in iisdem vestigiis exerceatur.

Quod si equus posteriores pedes prioribus magis sublevaret, præstantior medendi modus excogitari nullus poterit, quàm ut utrique suffragini applicentur globuli lignei, quibus semetipsum equus corrigat, nec iisdem & sublimitate & celeritate exorbitet; cùm gressus gressui, gradusq; gradui æqualis esse, & universa mensuræ Musices respondere debeant. Et hac etiam ratione motioni quoque ad ornamentum compositæ, equus est assuefaciendus.

Secundus saltandi modus admodum difficilis est, quem nisi quis Musices aut saltationis ad minimum apprimè sit peritus, nemo equo inculcaverit.

Quemadmodum enim in saltatione variæ occurrunt notæ Musicæ atque clausulæ, ita etiam in hoc saltationis genere equus secundum mensuram musicam tardè admodum progrediatur, quin unicum ad modulum musicum, duas mensuras absolvat, servato tamen moduli musici non interrupto ordine, quæ omnia subsidio pugni & femoris Equitis fiant, necesse est.

Contrarium enim si fiat, motio hæc spuria est & inutilis cùm equus & anteriores & posteriores pedes, textoris ad instar vacillantes saltim sit alternaturus.

Quapropter etiam in hoc saltationis genere, æquè ac in primo crura equi tam in stabulo, quàm intra columnas tarditate licet longe majori, quàm in primo genere, assuefacienda sunt: quin imò id agat eques, ut nullum pedem equus in terram collocet, quem virgâ aut femore tetigerit. Posteà à columnis liberatus, juxta Parietem quoque exerceatur; Et si posterioribus pedibus minus alacriter sequeretur, vel virga natibus, aut interno calcari adminiculum præbeatur. Pugni verò hîc maxima imprimis habeatur ratio, ut immobiliter dirigatur, cum universa equi sustentatio & adminicula in hac lectione in pugni moderamine consistant. Ejusmodi equi, si noctu quandoq; exercerentur, multis modis ipsis expediret.

Notandum autem & illud est, nonnullos equos ab initio nimis esse ignavos, atque narcoticæ quasi artis stupore fascinatos, ut nec virgæ nec baculi rationem ullam habeant: Equis hujusmodi adminicula suppeditentur præacuto stimulo, usque dum pedes tandem sublevent; quamprimum autem stimuli adminiculo perculsi morem gerant, stimulus iterum removeatur; virgæ aut scuticæ adminiculo in ejus locum surrogato; quod si equus retrogrediatur, à tergo constituatur

bis das Pferd darein kommt/an einer Wand anfangen/und solches so lang continuiren/ bis es recht darinn ist.

Alsdann kan man es auf die Volta nehmen/ dann auf die Seiten/ hintersich/ und fürsich/ wie auch auf einer Stell exerciren.

So aber das Pferd hinten höher käme als vornen/denen ist kein besser Mittel zu helffen/als daß man ihme hinten an die beyde Füß die hölzerne Kugeln anlege/ so wird es sich darmit straffen/und nicht mit den hintern Schenckeln so hoch und geschwind kommen/ sintemal ein Tritt wie der ander seyn/ und alles nach dem Tact gehen solle / und auf diese Manier muß man auch ein Pferd in Action bringen.

Die andere Manier ist sehr schwer und unterstehe sich nur keiner derselben/welcher nicht die Musicam verstehet/oder auf das wenigste das Tantzen.

Dann gleich wie im Tantz allerley Noten und Cadenz vorkommen / also muß auch hierinnen das Pferd nach dem Tact sehr langsam gehen / ja offt in einem Tact zwey Tempo machen/ und doch im Tact bleiben / so alles durch Hülff deß Reuters Faust und Schenckel geschehen muß.

Sonsten so das Contrarium beschiehet / ist diese Action nichts nutz / sondern das Pferd wird hinten und forn nur herum fallen / wie ein Weber mit den Füssen webet.

Sollen nun hierinn dem Pferd die Schenckel erstlich auch im Stall und zwischen den Piliern gewonnen werden/ aber viel langsamer / als in der ersten Manier / ja der Reuter solle es gewehnen/ keinen Fuß niederzusetzen / welchen er mit der Spitzruthen oder seinem Schenckel berühret / hernach muß es auch aus den Piliern genommen / und neben einer Wand exercirt werden/und so es hinten nicht nachsetzen wolte/muß man ihme entweder mit einer Spitzruthen auf die Grouppe, oder mit dem innwendigen Sporn helffen/jedoch in allem Achtung auf seine Faust geben / damit er sie stät führe / dann deß Pferds gantze Unterstützung und Hülff in dieser Lection auf der Faust bestehet ; Wann man solche Pferd bey Nacht bisweilen exerciret/ists ihnen sehr gut.

Es ist auch hiebey zu wissen / daß Anfangs etliche Pferd zu faul oder unempfindlich sind / und nichts auf die Spitzruthen oder Stecken geben wollen/ denen solle man mit einem kleinen Stachel helffen/so lang bis sie heben/ wann sie aber den Stachel angenommen / soll man ihn bald hinweg thun und mit der Spitzruten oder Stecken helffen/ auch so es hintersich kriechen thäte / soll einer mit einer kleinen Peitschen darhinder stehen / und es wieder herfür treiben/doch muß es alles an einer Wand/ wie obgemeldet/

servus quidam, levi ſcutica inſtructus, qui equum iterum antrorſum pergere cogat: Antequam autem in areâ quadam prolixa, aut ſpatioſa volta hæc repetantur, ad parietem quendam, ſicuti jam dictum eſt, prius fieri neceſſe eſt.

In hac lectione, ſicut etiam in prima, excepta ſucculſatione, quâ lenes redduntur, equi nullo prorſus modo exerceantur. In hac ultima verò lectione, Gamarra non adhibeatur, quùm & progreſſionem impediat, & rigidè nimis corrigat; quo fit, ut in modulo muſico, menſuræ confuſio exiſtat; In primo contrà ſaltationis genere Gamarræ uſus tantò eſt familiarior.

In ultimo verò iſthoc ſaltationis genere uſus habenarum & femoris contrario motu alternantium accurata notitia requiritur, habenæq; dirigantur ſatis ſublimiter; plerumq; enim in hac lectione utrumque hoc adminiculum ſolet adhiberi. vid. N. XLIII. XLIV. XLV. XLVI.

Saltatio verò, quæ obliquè fit in volta opus habet præcedente paſſuum accurata cultura, qua impetrata, in ſaltando licebit progredi. Gradus autem Hiſpanicus in ſaltatione obliqua, plane non quadrat.

meldt/ geſchehen/ ehe man es frey/ oder in die Volta nimmet.

In ſolcher Lection/ wie auch in der erſten/ ſoll man dem Pferd nichts anderſt zumuthen/ auſſer das Traben/ darvon ſie lere werden/ aber in dieſer letzten Lection iſt die Gamarra nicht zu gebrauchen/ dann ſie verhindert das avanciren und ſtraffet zu ſehr/ wodurch es in dem Tact contra Tempo verurſachet/ hergegen iſt ſie in den erſten Manieren deſto nothwendiger.

Man muß aber in dieſer letzten Manier deß Contra Zügels und Contra-Schenckels ſich wol wiſſen zu bedienen/ und hoch führen/ ſintemal meiſtentheils hierinn dieſe beyde Hülffen gebraucht werden. Beſiehe Num. XLIII. XLIV. XLV. XLVI.

Das Tantzen aber auf die Seiten in der Volta, erfordert vorhero eine gute Paſege, alsdann kan man ihme in dem Tantzen fortheiffen/ aber im Spanniſchen Tritt/ thut es auf die Seiten nicht gut.

Cap. XLIV.

Quando & quomodo prima vice calcaria equo ſubdere debeamus?

NOn ſolum ingens temporis diſcrimen eſt, quando calcaria equo ſint admovenda, ſed & modus & ſubjecta variant. Cùm pullo ab initio calcar addi non debeat, antequam adminicula femorum, quod calcaneorum impetu præberi ſolet, tam ſuccuſſando, quàm paſſibus incedendo, exactè calleat, & capitis & colli qualicunq; conſtantia polleat, oreamq; patienter recipiat.

Secundò, in ipſa ſuccuſſatione equo jam exercitato & calido calcar addatur.

Tertiò, equis ignavis, ut & concitatis non nimis crebrò ſubdatur calcar, quia ignavis ignavia, concitatis autem fervor tantum hoc modo augetur.

Quartò, calcar ſi addatur, ab initio id fiat leniter & alternatim, non utrumq; ſimul obtrudatur, & quamprimum morem gerat, blandimentis permulceatur.

Quintò, rotulis calcaria conſtent mediocribus; præacutæ enim rotulæ nimis rigidè caſtigant, obtuſas autem minimè ſentiunt, quanquam ab initio obtuſarum rotularum uſus in caſtigandis pullis (qui nunquam equitati ſunt, ut & equis veteranis, qui præacutis calcaribus icti, magis ferociunt,) concedi poſſit: attamen non nimis crebro adhibeantur, reiterata enim calcarium applica-

Das XLIV. Capitel.

Wann und wie man dem Pferd das erſtemal die Sporn geben ſolle.

ES iſt nicht allein ein groſſer Unterſcheid der Zeit/ wann man den Pferden die Sporn geben ſolle/ ſondern auch wie und welchen Pferden derſelbe ſolle gegeben werden. Maſſen dann einem Fohlen von Anfang der Sporn nicht zu geben/ bis er die Hülffe der Schenckel/ welche mit Anſtoſſung der Ferſen gegeben wird/ ſowol im Trab als Schritt verſichert/ etwas ſtet von Kopff und Hals iſt/ und das Mundſtück etlichermaſſen angenommen.

Fürs ander/ muß er auch im Trab/ wann das Pferd ſchon etwas geritten und warm iſt/ gegeben.

Drittens/ muß er faulen/ ſowol auch den hitzigen Pferden nicht zu offt gegeben werden/ Urſach/ die faulen nur dadurch fäuler/ die hitzigen aber noch hitziger werden.

Vierdtens/ wann man den Sporn gibt/ muß man dieſelbe Anfangs lind geben/ einen um den andern/ und nicht alle beyde zugleich/ und ſo es darauf gehorſamet/ alſobald charesſirn.

Fünfftens/ ſollen die Sporn mittelmäſſige-Räder haben, dann gar zu ſpitzig/ iſt zu ſcharff/ die gar ſtumpffen fühlen ſie nicht/ jedoch können Anfangs die ſtumpffen auf jungen Pferden/ (welche niemaln geritten worden/ wie auch den hitzigen alten Pferden/ welche durch öffters ſcharffes ſpornirn nur zu hitzig werden) gebraucht werden. Doch ſoll man ſolche nicht zu offt geben/ dann durch das öfftere Sporn-

tione in conſuetudinem equi adducuntur, ut in poſterum, ſi calcaribus petantur, nil quicquam illud curent.

Proinde Equiſo peritus, calcarium applicatione ſemper tenacior, quàm largior erit, obtuſa potius aut mediocria, quàm præacuta uſurpaturus.

Ita autem calcarium ictus equus ſentiat, ut non ſolum ſi neceſſitas flagitet iis caſtigetur, ſed & notitia adminiculi calcarium ad morem gerendum adſtringatur.

Caſtigationes enim, quæ calcaribus fiunt, aut imperfectæ ſunt, aut perfectæ, quandoque etiam leviter ſaltem iiſdem equus perſtringitur, prout ſcilicet equi indoles & temperamentum comparatum eſt, & pro nata occaſione calcarium adminiculum efflagitante.

Notitia ſiquidem & caſtigatione cum calcaribus, in omnibus lectionibus equi redduntur prompti & parati, & capitis & colli immobilitate proficiunt, nec deorſum caput deprimunt, nec pugno graves ſunt, imprimis ſi temperamenti ſint calidioris: qui, licet exercitatione aliquatenus ſint fervefacti, calcaribus tamen ſæpius ſubditis ſunt caſtigandi: addito inſuper & vocis intentæ & paſtomidis adminiculo. Calore enim provocato, calcaris ictum non adeò ſentire poſſunt, ſicuti cum recens in Hippodromum introducuntur. Hacq; ratione ferendis calcarium ictibus paulatim aſſueſcunt, & equitis nutui parere addiſcunt.

CAP. XLV.

Quando & quomodo equo primò fræna cum lineis ſive ramis collateralibus ſint applicanda, quales oreæ ſint uſurpandæ, & quomodo fræni moderamen ulterius equo ſit ſuggerendum?

Quamprimum per menſtruum ſpatium equitando pullus ſit exercitatus, biga linearum collateralium cum clauſa orea, labrum verſus nimio ferro munita, ut promineant, ipſi applicetur, catenula mentum cingens relinquatur aperta, & juxta ramum alterutrum alligetur; rami verò primis vicibus immodicè non attrahantur, ſed ut iiſdem, ut pueri crepundiis ſolent, ludendi ſpatium obtineat, lubentiusq; oream recipiat.

Rami autem pullis inſerantur nec longitudine nec gravitate modum excedentes, ſecus ac hodie nonnulli peſſimè agunt, ramos inſerentes gravitate aliquot libras, longitudine verò ulnam integram cum quadrante excedentes, qui quidem decumanus error eſt, equis ad diverſa vitiorum genera occaſionem præbens.

Orea æſtivo tempore ſale, pyretro tem-

Sporn-geben kommen die Pferde in Gewonheit/ und achten derſelben hernach nicht mehr.

Derowegen ein verſtändiger Bereuter allezeit mit dem Sporn-geben kärger / als milde seyn muß / auch ſich viel ehender der ſtumpffen und mittelmäſſigen/als der gar ſcharffen Sporn gebrauche.

Doch ſoll man dem Pferd mit der Spornada ein ſolche Fühlung geben/daß es dadurch nicht allein/ wanns noth iſt/caſtigiret/ſondern auch zur Obedirung und Erkänntniß der Sporn-Hülffe gebracht werde.

Dann man mit dem Sporn gantze und halbe Spornaden machet/bisweilen auch das Pferd bloß damit anrühret / alles nach Humor und Qualität deß Pferds/und wie daſſelbe mit der Sporn-Hülffe angegriffen zu werden Gelegenheit erfordert.

Sintemal durch die Verſtändniß als auch Caſtigation deß Sporns / werden die Pferde zu allen Schulen willig und gehorſam / ſtet von Kopff und Hals / und wehret dem unterſich und auf die Fauſt dringen/ ſonderlich wann ſie hitzig ſind / dann muß man ſie / wann ſie ſchon im Exercitio etwas warm geritten ſind / ein mehrers darmit caſtigiren/ und zugleich der Stimm und den Cavezon gebrauchen / dann in deme es erhitzt / ſo empfindet es den Sporn nicht ſo gar ſehr / als wanns anfänglich auf die Schul kommt / lernt dardurch allgemählich die Sporn erdulden/und dem Reuter zu obediren.

Das XLV. Capitel.

Wann und wie man den Pferden erſtlich die Stangen anlegen / auch was für Mundſtück zu gebrauchen / und wie man ferner es den Zaum zu verſtehen lehren ſolle.

So bald ein junger Fohlen ein Monat geritten worden / ſoll man ihme ein gerad paar Stangen mit einem geſchloſſenen Holbiß/ welches gegen der Leffzen zuviel Eiſen haben ſolle/ um dieſelbe auswarts zu bringē/anthun/die Kinketten offen laſſen / und neben an die eine Stangen binden/ doch die Stangen am erſten nicht zu feſt anziehen/ ſondern ihme Lufft laſſen/darmit es mit dem Mundſtück ſpiele / und daſſelbe deſto ehender lerne annehmen.

Man ſoll aber ihme ſolche Stangen anthun/ welche nicht gar zu lang und ſchwer ſind / nicht wie etliche heutigs Tags thun / ſo Stangen von etlich Pfunden ſchwer/ und bey fünff-viertel Elen lang/ ihnen anlegen / welches ein groſſer Irrthum iſt/und darneben auch dem Pferd zu vielen Laſtern Urſach gibt.

Das Mundſtück ſolle man entweder mit Saltz/

perato, hyemali verò tempore melle pyretro itidem mixto illiniatur, ut eò lubentiùs eandem motitet, & oris humiditas provocetur.

Frænum hoc manu ſemper pendente, minimè tamen inconſtanti, modò attractum, modò remiſſum moderetur, ut linguâ illud capeſſere, eodem ludere, & linguam eodem ſuſtentare poſſit.

Cæterum equus ſi pedetentim fuerit equitatus, ſuccuſſando itidem, ſæpius retrahendo, antrorſumque iterum pergere jubendo excolatur.

Fræno verò ab equo quadantenus recepto, catenula mentum cingens, quamvis ſatis remiſsè claudatur, ne labra urgeat, ex quo capitis inconſtantia, quaſſatio & concuſſio oriretur, hocq; modo etiam exerceatur. Quo facto, equoque in omnibus lectionibus morem gerente, ſive paſſibus, ſive ſuccuſſatione, ſive Galoppo, aliisve lectionibus exerceatur, jam ſolo fræno adhibito, applicatâ convenienti ramorum bigâ, ut equitetur, tempus imminet. Antequam tamen iſtud fiat, in omnipus lectionibus pedetentim, deinde ſuccusſatione, Galoppo, aliisve lectionibus equus prius exerceatur, retrahatur ſæpius, iterumq; antrorſus progredi cogatur, habenis paſtomidis remiſſis, & ex providâ ſaltim cura manu retentis, equoq; interdum rectâ in campo exercitato.

Hoc ſc. modo fræni moderamen, equo inculcandum eſt, ut de ejusdem receptione nullus dubitandi locus ſupereſſe amplius poſſit.

Pulli inſuper moderamini fræni minùs aſſueti, à meridie quotidie per bihorium paſtomide inverſo modo alligentur, fræno tamen ſimul inſerto, ut oream modo ſupra allegato illitam motitando, ſuſtentaculum linguæ quærere diſcant.

Sequuntur nunc lectiones ſupra terram, & primo quidem Courvettæ.

Cap. XLVI.

De Courvettis.

INter lectiones ſupra terram fieri ſolitas, Courvettæ primas tenent, ſuntq; omnium facillimæ, hunc in modum conficiendæ: Dum ab anteriori parte ſinuatis cruribus ſe levat equus, utroq; femore poſteriori humi oppreſſo æqualiter paulatim ſerpendo progrediatur, nec ulla ſuffrago alteram antevertat, ſed quatuor in univerſum tàm anteriores, quàm poſteriores pedes ſibi invicem ex adverſo collocentur, ex quo reliquæ lectiones ſupra terram omnes, tanquam ex ſcaturigine oriuntur.

worunter Bertram vermiſcht/ im Sommer / im Winter aber mit Honig worunter gleichfalls Bertram vermiſcht iſt / beſtreichen / ſo arbeitet es deſto lieber/und bekommt auch ein feuchtes Maul dadurch.

Solchen Zaum nun muß man immerzu mit ſchwebender/jedoch nicht unſteter Hand führen/denſelben bald verhalten / bald nachlaſſen / ſo wird das Pferd lernen nach dem Mundſtuck greiffen/darmit ſpielen/ und deſto bälder ſeine Anlehnung darauf bekommen.

So man nun das Pferd erſtlich Fuß für Fuß geritten / ſoll mans alſo auch traben / offt hinterſich ziehen/und fürſich gehen laſſen.

Wann es dann den Zaum in etwas angenommen/ ſo muß man die Kinketten/jedoch wol lang/einlegen/ damit die Kinketten das Pferd nicht drücke / worvon es unſtet wird / und mit dem Kopff grellen oder ſchnellen lernet/ und es alſo auch exerciren ; ſo nun dieſes geſchehen / und das Pferd in allen ſeinen Lectionen obediret/ es ſeye im Schritt / Trab / Galopp, oder andern Schulen / ſo kan man es anfangen auf den Zaum allein reiten / und ihme ein paar Stangen/wie ſichs gebühret anlegen ; jedoch noch eine Zeitlang zuvorhero das Pferd im Zaum allein Fuß für Fuß in allen Lectionen / darnach im Trab/ Galopp und andern Schulen/exerciren / offt hinterſich ziehen / und fürſich gehen laſſen/und die Cavezon-Zügel lang/und nur zu fürfallender Occaſion in der Hand behalten/auch unterweilen ins Feld gerad ausreiten.

Alſo und auf dieſe Weis muß man ein Pferd den Zaum verſtehen lehren / und ſich deſſelben verſichern.

Man ſoll auch alle ſolche junge Pferd / die deß Zaums noch nicht verſichert ſind/jeden Tags Nachmittag im Stand ein paar Stund am Cavezon herum hefften/doch ihm auch den Zaum anthun/damit es am Mundſtück arbeite/und ſein Anleinen darauf ſuchen lerne / auch ſolches Mundſtück / wie oben vermeldet/mit dergleichen Sachen beſtreichen.

Folgen nun die Schulen über der Erden/ und erſtlich die Courvetten.

Das XLVI. Capitel.

Von den Courvetten.

DJe Courvetten ſind die erſten in den Lectionen über der Erden/wie auch die leichteſten/und müſſen alſo gemacht werden/ in deme das Pferd ſich fornen mit gebogenen Schenckeln erhebt / und die fordern Füß wieder zur Erden ſetzen will / wie nun dem hintern beyden Schenckeln fein gleich nachrutſche/avancire/und keinen Schenckel für den andern ſetze/ ſondern alle vier/ ſowol fornen als hinten/gegeneinander über ſetze/ aus welchen alle andere Schulen über der Erden ihren Urſprung nehmen / und gleichſam aus einer Quellen herfür flieſſen.

Gleich

Quemadmodum verò aquæ variis modis, modò sc. per angustias, modò per curvitates, modò in sublime, modò per subterranea loca deducuntur in fontes: ita etiam in hac lectione se res habet, quæ variis modis potest excoli, donec ad perfectionem perveniat. Quidam enim ex Equisonibus intra columnam hanc lectionem perficit, alter liberè remotâ columnâ, sive ad parietem eandem absolvit; tertius in acclivitate, quartus in planitie equum ad chordam alligatum ex Galoppo in Paradam deducit, quintus eundem ad chordam ligatum ad parietem format.

Quemadmodum autem hi modi certo respectu & ordine servato, probari omnes possunt, ita difficultate unus alterum superat, & altero magis equo arridet, faciliusque eidem potest instillari.

Duo porrò sunt Courvettarum genera, primum tardè femorum adminiculo conficitur, secundum autem celeriter admodum, remoto femore, solius pugni, virgæ, scloppiq; adminiculis peragitur.

Hi itaque modi, ut in actum deduci possint omnes, methodum monstrabo perbrevem, à lectione, quæ intra columnas fieri solet, tanquam à fundamento solidissimo & tutissimo facto initio.

Primò autem equi omnes, quos supra terram exercere lubet, vacui omninò, sine equite, & sine vel cum ephippio stapedibus orbato exerceantur, caudâ à posteriori arctiùs complicatâ, & intra crura molli cum fune, aut corio, infra cingulum alligatâ, ut eadem ludendi occasio hoc modo præscindatur.

Deinde intra duas columnas capistro ex funibus contorto equs alligetur, prælongâ habenâ super nares capistro inserta, ut si ab anteriori parte in sublime nimis sese efferret, hâc ratione possit corrigi. Hâc igitur habena manu prehensa, Equiso juxta columnam assistens, virgâ femoribus equi aut pectori impactâ adminiculum præbet, quod si equs negligat, stimulo quodam parvæ corylo inserto, pectus compungatur: semel itaq; si se levaverit, cesset compunctio, blandimentis in ejus locum adhibitis. A tergo equi pedester aliquis collocetur, scutica instructus, qua si retrogradus fieri equus vellet, antrorsum iterum propulsari possit.

Quem ad modum adminiculi subministratio indies, una tamen vice parciùs continuanda est; usque dum ad levationem anterioris partis corporis reddatur promptissimus: Et si ad stimuli compunctionem morem gerat, semoveatur stimulus, virga in ejus vices surrogata: Eademque adminiculorum suscipiendorum ratio ad finem perducatur.

Ante omnia verò anteriora genua valdè equus sinuet necesse est, cum aliàs non solum indecorum futurum sit, sed & ad omnes le-

Gleich wie man aber die Wasser / welche aus einer Quellen entspringen / auf vielerley Weise in die Bronnen leiten thut/bald eng/ bald krumm/ bald hoch / bald nieder; Also ists mit dieser Schul auch/ welche durch vielerley Manier kan exercirt werden/bis sie zur Perfection kommt/sintemal ein Bereuter machet sie zwischen den Piliern/ der ander ohne Pilier frey / oder an der Wand/ auf einer Callada, der dritte auf der Ebne um den Pilier an einer Chorda, aus dem Galopp auf die Parada, der vierdte an einer Wand an einer Chorda.

Gleich wie nun diese Maniren/wann sie in ihrer Ordnung bleiben / alle gut sind / so ist doch eine Manier schwerer als die andere / auch für ein Pferd tauglicher / als für das andere / kommt auch eine viel ehender als die andere.

Es sind auch darneben zweyerley Arten der Courvetten / eine kommt langsam mit Hülffe der Schenckel / die andere kommt gar geschwind und ohne Hülff der Schenckel / allein mit der Faust/ Spitzruthen/und Schnaltzen der Zungen.

Zu diesem allen nun zu kommen / will ich allhier einen gar kurtzen Proceß weisen und erstlich den Anfang zwischen denen Pilieren nehmen / welches das sicherste und beständigste Fundament ist.

Man soll aber alle Pferd/welche man über der Erden nehmen will / erstlich gantz ledig ohne Reuter / ohne oder mit einem Sattel / an welchem keine Bügel seynd / exerciren / demselben den Schwaif hinten wol zugürten/und zwischen den Beinen durch mit einem linden Strick oder Leder / unten an dem Gurt anbinden/ darmit es nicht mit dem Schwaif spilen lerne.

Alsdann bindt man anfänglich das Pferd an einer Strickhalfftern zwischen zwey Pilier, thut ihme darneben einen langen Zügel vornē an die Strickhalfftern über der Nasen / darmit wann es vornen gar zu hoch käme/ man es darmit straffen könne/ diesen Zügel nimt nun der Bereuter in die Hand / stellt sich neben den Pilier, und hilfft dem Pferd vornen mit einer Spitzruthen an die Schenckel oder Brust/ wofern es aber auf die Spitzruthen nichts geben wolte / muß man einen kleinen Stachel / welcher in einem Häselinen Stecken fest eingemacht ist / nehmen / und dem Pferd an der Brust darmit helffen/ wann es nun nur einmal sich levirt hat / so soll man still halten/und es chariſſiren / hinterm Pferd stehet einer mit einer Peitschen/der daſſelbige/dafern es zuruck kriechen wolte/wieder für sich treibe.

Solche Hülff soll man nun täglich mit dem Pferd continuiren/jedoch nicht zuviel auf einmal/ bis so lang so viel es willig ist / vornen sich zu leviren/und da es auf den Stachel gehet/ muß man denselben bald wieder hinweg thun/und die Spitzruthen in die Hand nehmen / und in derselbigen Hülffe es vollend versichern.

Vor allem aber muß man das Pferd die fordern Knie wol biegen lassen / sonsten es nicht allein kein Wolstand / sondern zu allen andern Schulen/

ctiones reliquas, quæ supra terram fiunt, equus reddatur inhabilis, ita quidem ut desperatâ perfectione, tantum non sit conclamatum.

Adminiculis autem hisce omnibus inculcatis, acclinatis humi clunibus reptando paulatim etiam sequi doceatur, quod quidem pedestris illius domitoris scutica pridem à tergo constituti officium est, qui dum anteriorem corporis partem equus levaverit, scuticâ semper clunibus adminiculum mensuramq; subministrando succurrat, & si non pareat, à tergo stimuli punctione ad calcitrationem provocetur; hâc ratione lusui cum crepidine, & appressis clunibus humi incubationi assuescet, maturè autem stimulo seposito, scutica aut virga iterum adhibeatur.

Receptis tandem adminiculis, si natibus humi appressis reptet equus, pedester domitor à tergo antea collocatus, plane recedat, ille verò, qui à fronte constiterat, ponè cingulum, ubi calcaria aliàs subdere solemus, adminiculum suppeditet, ut ad solum femoris adminiculum, ab equite subministratum, progredi assuescat; Hoc si etiam impetraveris, pedester domitor omninò discedat, tutoq; tyro aliquis equum conscendat, cum non solum adminiculis Courvettarum, quadantenus jam sit assuetus & instructus, sed & leni pugni moderamini intra columnas assuefactus.

Tyro itaque perfecta equitandi arte imbutus, postquam equum ejusmodi conscenderit, corporis sui staturæ & proportionis sedulam rationem habeat, manum pendentem sursum elevando. Pedester domitor à fronte locatus, equo virga, eques verò ab initio planâ tibiâ stapedibus insertâ, tandem calcaneis, remotis tamen ad tempus calcaribus, postea verò obtusis solummodò subditis, adminiculum subministret: Domitor autem à tergo constitutus, scuticâ aut virgâ succurrat, nec nisi extremæ necessitatis casus efflagitet, aut si retrogradus fieri vellet, scuticæ aut virgæ adminiculum suppeditet.

Recepto ergò femorum adminiculo, domitores à fronte vel à tergo locati discedant, equiti copia data, ut solus equum exerceat: Qui postquam ad receptionem adminiculorum eundem adegerit, calcaribus utplurimum abstineat, adminiculo subtiliter tantum, imprimendo pedem stapedibus, suppeditato. Immò si equus admodum esset sensilis, ab initio calcaria planè removeantur, usq; dum femora admiserit; Deinde obtusa calcaria equo subdat, quibus si equus paruerit, eques descendat, & blanditiis eundem permulceat; & ne nimiâ exercitatione eundem defatiget una vice, sedulò caveat, ultra unam, duas aut tres Courvettas ab eo non extorsurus, donec ex repetitione Courvettarum voluptatem ipse equus capiat, tunc enim ma-

welche über der Erden gehen / die gröste Hinderniß ist / und aller hierinnen verhoffter Perfection schädlich.

Wann es nun in allem / in diesen Hülffen versichert ist / soll man das Pferd auch hinten lehren nachrutschen; Diß muß der jenige / so hinten mit einer Peitschen gestanden / observiren / daß in deme es sich vornen leviret / er à Tempo ihme allezeit mit der Peitschen auf der Grouppe helffe / und da es nichts darauf geben wolte / kan man mit einem Stachel hinten helffen / so wird es schlagen / und sich hernach mit der Grouppe zu spielen und nachzurutschen angewehnen / jedoch soll man solchen Stachel nicht lang brauchen / sondern die Peitschen oder Spitzruthen wieder für die Hand nehmen.

Wann es auf diese Hülff auch gehet / und nachrutschet / soll der Hintere gar hinweg gehen / und derselbige so vornen gestanden / dem Pferd mit dem Stachel hinter dem Gurt / allwo man dem Pferd sonsten die Sporn zu geben pfleget / helffen / darmit es allein auf die Hülffe der Schenckel deß Reuters / gehen lerne / und so es diß auch annimt / soll der zu Fuß gantz weggehen / alsdann kan man einen sicherlich darauf setzen / dann es nicht allein der Hülffe in den Courvetten schon etlichermassen gewohnt und versichert ist / sondern es ist auch zwischen den Piliern schon leiß auf die Faust gewehnt worden.

Wann man nun einen Scholaren / der schon perfectioniret ist / darauf gesetzet / solle derselbe seinen Leib in allem wie sichs gebühret / observiren / und die Hand in die Höhe / jedoch schwebend halten / der vornen zu Fuß stehet / solle dem Pferd mit der Spitzruthen / der aber auf dem Pferd sitzet / erstlich mit dem flachen Fuß am Bügel / zuletzt mit den Versen / (allein ohne Sporn / eine Zeitlang / und hernach niemaln spitzige Sporn gebrauchen) helffen / der Hintere mit der Peitschen oder Spitzruthen soll nur zusehen / und nicht / es seye dann die höchste Noth vorhanden / und es hintersich kriechen wolte / dem Pferd mit der Peitschen oder Spitzruten helffen.

So es die Hülffe der Schenckel angenommen / solle der Fordere und Hintere hinweg gehen / und den jenigen zu Pferd allein agiren lassen / wann er nun das Pferd ein wenig gewonnen / daß es auf die Hülffe der Schenckel gehet / so muß er ihme nicht allezeit die Sporn geben / sondern nur die Hülffe subtil / und letzlich nur mit dem Tretten in den Bügel / ja wann das Pferd von grosser Empfindlichkeit wäre / zu erst die Sporn gar hinweg thun / bis so lang es den Schenckel leidet / und dann allererst stumpffe Sporn anthun / und so das Pferd unter ihme recht gethan / solle er absteigen / und es chariffiren / aber wol zuschauen / daß er dem Pferd nicht zu viel auf einmal zumuthe / und es Anfangs über ein zwey oder drey Courvetten nicht machen lassen / bis es selbsten Lust darzu bekommt / alsdann es diese Lection lieber als alle andere Lectionen machen wird / dann

diese

jori cum promptitudine hanc lectionem exhibebit, quam omnes reliquas, cum facilis admodùm sit super linea recta, & in iisdem vestigiis lectionis hujus exhibitio.

Observandum etiam & hoc est, si equus corporis titubatione laboraret, & posteriorem corporis partem ultro utroq; motitando discursitaret, femurq; calcitrando peteret, duobus operculis, oculis caliginem esse offundendam, cum hoc modo ad tarditatem gressuum, pugniq; & adminiculi equitis expectationem cogi possit. Si verò sine femoris adminiculo propellere equum placuerit, calcaribus infestandus non est, sed scloppi saltim adminiculo & virgæ, in incurvaturas pedum afflictione urgendus, & si progredi renueret, calcarium ictu concitandus. Conf. Num. XXIX. XXX.

Cap. XLVII.

Quomodo ad parietem rectà equos exercendo, Courvettæ illis sint inculcandæ?

AB initio una vel altera vice juxta parietem aliquem pedetentim ultro citroq; commeando exerceatur: Deinde pedester aliquis domitor equo prælongis habenis alligato, ad eundem modum, quo inter columnas fieri assolet, adminicula subministret. Eques verò adminiculis, in præcedenti capite memoratis, utatur, id quod etiam domitori à tergo constituto, observandum.

In quibus si promptum se equus exhibuerit, adminiculis sensim subductis eques solus rem agat: hac ratione eques mensuris legitimè alternatis reciprocatisque, corpore rectus officio suo perfectè satisfaciet.

Si verò femorum adminiculis assuetus non esset, pugni, scloppi, & virgæ adminiculis eidem succurrat. Conf. Num. XXXI. XXXII.

Cap. XLVIII.

Quomodo exhibere voltam circa columnam Courvettarum exercitio equus sit imbuendus?

AB initio nemini equum conscendendi copia detur, sed dextra habena breviùs attractâ columnæ alligetur, constituto ad eam domitore quodam pedestri, qui à fronte virgâ, à tergo autem scuticâ, si sit opus, adminicula subministret, tertio quodam ab extra habenas tenente, & è regione cinguli stimulo succurrente, idemq; planè modus, qui dextram versus observatur, lævam versus itidem recurrat, brevi scil. habena equum alligando, adminiculaque ab anteriori & posteriori parte, nec non ab obliquo subministrando, sicuti ab initio hujus lectionis injunctum est.

diese Lection das Pferd gar leicht auf gerader Linea und Ferme à Ferme ankommt.

Man soll auch in Acht nehmen/ daß wann das Pferd unstät mit dem Leib seyn solte / und mit der Grouppe hin- und wieder lieffe / und nach dem Schenckel schlüge/ kan man ihme ein paar Blenden anthun / so muß es wol langsam gehen / und auf die Faust und Hülffe deß Reuters wärten; Wann man aber will / daß das Pferd nicht auf die Hülffe der Schenckel gehen solle/ so muß mans mit dem Sporn zu frieden lassen / und mit dem Schnaltzen der Zungen / auf den Bügen aber mit der Spitzruthen helffen/ und da es nicht avanciren wolte/ bisweilen eine Spornada geben. Besiehe N. XXIX. XXX.

Das XLVII. Capitel.

Wie man ein Pferd gerad aus an einer Wand solle Courvettiren lehren.

MAn solle erstlich das Pferd ein paarmal auf und ab nebenst einer Wand lassen Fuß für Fuß gehen / hernach solle einer zu Fuß das Pferd an einen langen Zügel nehmen/ und ihme helffen / wie zwischen den Piliern / der auf dem Pferd sitzet/ solle seine im vorhergehenden Capitel beschriebene Hülffe gebrauchen / wie auch der hinten nachgehet.

So es nun hierinnen willig / soll man mit denen Hülffen zu Fuß nach und nach abbrechen / und den Reuter letzlich allein reiten lassen / so wird das Pferd recht tempo à tempo, und gerad mit dem Leib kommen/ und seine Opera perfect machen.

Dafern es aber nicht auf die Schenckel gewehnt wäre / soll er ihme mit der Faust/ Schnaltzen der Zungen / und der Spitzruthen auf dem Bug helffen. Besiehe N. XXXI. XXXII.

Das XLVIII. Capitel.

Wie man das Pferd eine Volta um den Pilier solle lehren courvettiren.

MAn solle anfänglich niemand lassen darauf sitzen / sondern das Pferd erstlich mit dem rechten Zügel etwas kurtz an den Pilier binden / einen bey dem Pilier stehen lassen / welcher dem Pferd fornen mit einer Spitzruten/ hinten aber mit einer Peitschen / so es vonnöthen / helffen solte/ der dritte hält auswendig den Zügel/ und hilfft auswendig neben dem Gurt dem Pferd mit einem Stachel; Gleich wie man nun auf die rechte Seiten procediret / also soll man auch linck darmit procediren / das Pferd linck kurtz anbinden / und forn hinten und auf der Seiten ihm helffen lassen/ wie oben in dieser Lection vermeldet worden.

In hac igitur lectione, si equus morem gesserit, Tyro aliquis equum conscendat, voltamq; satis spatiosam emetiatur pedestri domitore ad columnam assistente, internam habenam sinistrâ tenente, dextrâ verò ab anteriori parte adminiculis succurrente; equite verò habenas aliquantulum exteriùs dirigente, femoribus autem adminicula suggerente; Domitore autem à tergo collocato, si opus esset, scuticâ mensuram interim accuratè suppeditante.

Idem planè modus sinistram versus repetatur, cum annexa observatione, ut si unam primò, posteà duas aut tres lectiones equus absolverit, gradus sistatur, & blandimentis permulceatur, reiterato isthoc agendi modo, donec tandem integram voltam absolvat. Quod ubi fecerit, semotis domitoribus pedestribus, solus eques rem agat, equoque tàm pugno, quàm femore aut virga, pro re nata, adminicula subministret. Conf. N. XXXIII. XXXIV.

So es nun in dieser Lection obediret/soll man einen darauf setzen / und die Volta etwas weit nehmen lassen / den innwendigen Zügel hält der am Pilier in der lincken Hand / und mit der rechten hilfft er fornen dem Pferd / der auf dem Pferd sitzet / hält seinen Zaum ein klein wenig auswerts / und thut die Hülff mit den Schenckeln/ der hinten observirt/ daß er sein Tempo mit der Peitschen / so es vonnöthen wäre/recht gebe.

Ebenermassen muß man auf die lincke Hand procediren / in allem aber Acht haben / wann das Pferd anfänglich einen Satz / hernach zwey oder drey gemacht hat/daß man es parire und charessire/ und also fortfahre / bis es zu letzt eine gantze Volta willig machet / so es diß thut / sollen die zu Fuß hinweg tretten / und den Reuter allein darmit agiren lassen/welcher dem Pferd die Hülffe mit der Faust/ Schenckel und Spitzruthen / nach dem ers vonnöthen befinden wird / allein geben solle. Besiehe N. XXXIII. XXXIV.

Cap. XLIX.

Quomodo Equus in transversum Courvettarum exercitio sit imbuendus?

AD hanc lectionem ante omnia summoperè est necessarium, ut equus passuum exercitio atq; cultura benè informetur, postea si lectiones præcedentes Courvettarum calleat, capite parietem versus directò collocetur, pedestri quodam domitore à fronte, altero à tergo, equite verò externo femore adminicula suggerentibus. Internum autem femur rectum & immotum eques gerat, & sua spontè mensura eodem subsequetur.

Sed ut brevis sim, quæcunq; in Redoppo notanda sunt, eadem in hac quoque lectione probè observentur universa, excepto quod omnia adminiculorum genera, tàm pugno, quàm femoribus, aut virgâ longè tardiora, quam in Redoppo fieri debeant. Internus autem funis breviùs sit attrahendus, ut versura anterioris partis, posteriorem semper antevertat. Exercitationem, quæ super linea fit, volta subsequitur, adhibitis adminiculis sæpius jam memoratis.

Tandem eques rem agat solus, semotis omnibus alienis coadjutoribus. Quoniam equus solius equitis adminiculis morem non gerens, sed alienis extrinsecis indigens, formati equi titulo sit indignissimus. Conf. N. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII.

Das XLIX. Capitel.

Wie man ein Pferd auf die Seiten solle courvettiren lehren.

ZU dieser Lection ist fürs allererst hochnöthig/ daß man es wol im passegiren unterweise / hernach / so es vorbeschriebene Lectiones in den Courvetten kan / muß man selches mit dem Kopff gegen eine Wand stellen/einer fornen/der ander hinten / und der Reuter mit dem auswendigen Schenckel helffen/und innwendig den Schenckel gerad und still halten / so wird sich das Tempo mit dem innwendigen Schenckel schon selbsten geben.

In Summa man muß in dieser Lection alles in Acht nehmen / was bey dem Redopp in Acht genommen / ausser daß alle Hülffen / sowol mit der Faust/ Schenckel und Spitzruthen viel langsamer/ als im Redopp geschehen/müssen gemacht werden/ und der innwendige Strick muß kurtz gehalten werden / damit das Pferd allemal vornen eher wendel als hinten / von der Linea nimt mans hernach in die Volta, und gibt ihme die Hülffe/wie schon in diesem Capitel zum öfftern vermeldet worden.

Zuletzt agirt der Reuter allein / ohne jemands Hülff/ dann ein Pferd/ welches nicht allein mit deß Reuters Hülff gehet / sondern allemal die Hülff zu Fuß haben muß / es seye in welcher Schul es immer wolle in Ewigkeit für kein perfect abgerichtes Pferd kan passirt oder gehalten werden. Besiehe Num. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII.

Cap. L.

De Courvettis retrogradis.

HAc lectione si equum imbuere lubeat, ab initio itidem intra duas columnas alligetur, habenis paulisper ad ephippii orificium, non nimis tamen duriter attractis.

Postea domitor ab anteriori parte adminicula præbens, equo se levante habenis manu prehensis, eundem paulisper retrahat, domitor autem à tergo subsistens, singulis mensuris natibus virgâ succurrat, ut unicam saltim mensuram absolvat.

Quod ubi semel fecerit, blanditiis eundem illicò permulceat, lectionibus deinde tantundem reiteratis, usque dum duas, tres, aut quatuor, pluresve mensuras absolvat. Quibus impetratis, eques conscendat, & ab initio unicam tantum mensuram ipsi extorqueat, donec morem tandem equus gesserit, ubi plures postea ab eo requirere licebit.

Quamprimum verò in eodem vestigio legitimè progrediatur, à columna liberatus, super lineâ rectâ exerceatur, adminiculis modo jam sæpius ostenso, adhibitis.

Tandem discedentibus etiam domitoribus pedestribus ab anteriori parte pugno, à posteriori verò virgâ adminicula eques solus subministret, qui quoties pugnũ, si equus se levaverit, attraxerit, eundem iterum remittat, ut equus posteriora cum tergo in sublime efferendi, & retrorsum suffraginibus incubandi, spatium moramque impetret, quod nisi fecerit equo posteriore corporis parte denuò retrocedendi potestas interclusa est.

Observari insuper & illud meretur, quoties corpore aut femoribus in arcum se curvare equus præsumeret, manum extrinsecè quadantenus esse sublevandam, externum autem femur, alterum latus à pariete remotum respiciens, retrahendum, donec se iterum corrigat, & ad pristinam rectitudinem assurgat. conf. N. XXXIX. XL.

Das L. Capitel.

Von den Courvetten welche hintersich gehen.

WAnn man dem Pferd diese Lection weisen will / so muß mans erstlich auch zwischen zwey Pilier binden / ihme dem Zaum ein wenig an den Sattelknopff ziehen / jedoch nicht gar zu hart.

Hernach solle der / so fornen hilfft / das Pferd / in dem es sich leviret / mit dem Zügel / welchen er in der Hand hat / etwas zuruck rucken / der hinten solle zu jedem Tempo auf der Grouppe mit der Spitzruthen helffen / damit es nur ein Tempo mache.

Und da es diß einmal thut / es auf der Stell charessiren / und alsdann wieder mit ihme fortfahren / bis es zwey / drey / vier oder mehr machet / und so es hernach diß willig und gerne thut / kan der Reuter darauf sitzen / und es erstlich auch nur ein Tempo machen lassen / bis er es à commando hat / alsdann ihme mehrere zumuthen.

Sobalden es aber ferme à ferme recht gehet / soll mans von den Piliern heraus auf die gerade Lineam nehmen / und die Hülffe wie schon vermeldet / geben.

Zuletzt sollen die beyde zu Fuß auch hinweg / und der Reuter seinem Pferd vornen mit der Faust und hinten mit der Spitzruthen allein helffen / er muß aber in Acht nehmen / daß so offt er die Faust verhält / wann das Pferd in der Höhe ist / dieselbe auch wieder nachlasse / damit das Pferd Lufft und Weil bekomme / die Grouppe zu erheben und hintersich zu setzen / sintemal / da er diß nicht thut / das Pferd mit der Grouppe nicht zuruck kommen mag.

Man muß auch diß wol in Acht nehmen / daß so offt das Pferd mit dem Leib oder Schenckeln sich krümmen wolte / man ihm die Hand etwas auswarts mehr erhöhet halte / und den auswendigen Schenckel / welcher der jenige / so nicht auf der Seiten / da die Wand ist / zuruck lege / bis es sich wieder corrigire / und gerad komme. Besiehe XXXIX. XL.

Cap. LI.

De Courvettis duplicatis, quas alii etiam Courvettas mensurâ contrario motu alternantes, nuncupant.

NOn minus hæ quàm præcedentes etiam difficillimæ sunt, ad quas nisi insigni dorsi robore, femorumque firmitudine equus excelluerit, non nisi præsentissimo cum discrimine eum adstrinxeris.

Equum igitur intra duas columnas, ne progredi possit; itidem alligatum eques conscendit, quem se levantem, posterioribusque pedibus humi appressis reptare volentem,

Das LI. Capitel.

Von den doppelten Courvetten / welche man auch die Courvetten contra Tempo nennet.

DIese sind die schweresten / und soll man solche / sowol als die vorhergehenden / keinem Pferd zumuthen / es seye dann grosser Stärcke deß Ruckens und der Schenckel.

Das Pferd bindt man nun auch mit zwey langen Zügeln zwischen zwey Piliern / damit es nicht avanciren könne / setzt einen darauf / und in dem es sich leviret / und hinten begehret nachzurutschen / so muß

attractis habenis coerceat, pedestri quodam domitore, crepitaculo ligneo immediatè à tergo natibus mensuram subministrante. Ad quod perterrefactus equus, dum surgit in altum, posterioribus pedibus, unicam adhuc sectionem absolvet, ita quidem, ut duas sectiones posterioribus pedibus humi reptando semper absolvat, priusquam terram prioribus pedibus attigerit.

In hac lectione, si unicam mensuram concinnè exhibuerit, blandimentis permulceatur, posteàque ad exhibitionem plurium adstringatur. Courvettis autem ejusmodi tribus aut quatuor egregiè exhibitis, equus à columnis liberatus, super lineam exerceatur, ubi iis exhibendis denarium imò duodenarium numerum supergredietur.

Eques autem in hac lectione manum accuratè attrahere, eademq; finitâ ultimâ sectione, posterioribus pedibus humi reptationis, remittere noscat; quod si omiserit, posterioribus pedibus non reptando sed eundo equus subsequetur; & facilè insuper fieri posset, ut præceps ruendo in tergum equitem supinaret. Si autem nimis leniter equum gubernet, neque firmiter terræ inniti, nec anteriores pedes à terrâ sublevare poterit.

Hæc lectio plus difficultatis in recessu habet, quàm in primâ statim fronte apparet, cùm bina semper vice posterioribus pedibus humi prius equo sit reptandum, antequam levatis anterioribus pedibus progredi ipsi liceat. Lectio equidem perquam speciosa est, in Catadromi Hemisphærio admodum usitata; Equestribus verò aut militaribus exercitationibus non quadrat. Conf. N. XLI. XLII.

es der Reuter verhalten / und gibt der hinten zu Fuß mit einer hültzernen Klatschen (Pritschen) dem Pferd das Tempo recht hinten vor die Grouppe, so wird es erschrecken / und in dems in der Höhe ist / mit den hintern Füssen noch einen Satz thun / also daß es allemal zweymal hinten nachsetzet / ehe und bevorab es mit den fördern Füssen auf den Boden kommt.

Wann es einmal in dieser Schul ein gutes Tempo gethan hat / so charessirt mans / und alsdann kan man ihme mehrere zumuthen. Sobalden aber das Pferd solcher Courvetten drey oder vier gut machet / muß mans heraus aus den Piliern / und auf die Linea nehmen / so wird es zehen / zwölff oder mehrere nacheinander machen.

Es muß aber auch der Reuter bey dieser Schul die Hand wol wissen zu verhalten / und auch mit derselben nach dem letzten Satz dem Pferd nachzugeben / dann so er damit nicht nachzugeben weiß / so wirds hinten nicht nachsetzen / sondern gehen / und kan es gar leichtlich geschehen / daß sich das Pferd mit ihme überschlägt. Hält ers dann zu leiß / so kan sich das Pferd nicht fassen / und kommt darzu fornen nicht aus dem Boden.

Es ist diese Schul nicht so leicht / wie man sie ansihet / dann es muß allemal zweymal hinten nachsetzen / ehe es fornen avancirt und levirt. Ist eine schöne Schul / auf der Reitschul zugebrauchen / aber à la Soldate oder andern Ritterlichen Exercitiis taugt sie nicht. Besiehe N. XLI. XLII.

Cap. LII.

De variis modis Courvettarum Exercitio equos imbuendi.

PLures adhuc supersunt modi Equum Courvettarum exercitio imbuendi. Quidam enim in acclivitate quadam primis vicibus equos levant, quod ubi impetraverint, aut femore adminiculum ipsi suppeditant, aut pedestri alicui virga natibus infligendi negotium committunt.

Qui quidem modus improbandus non est, adhibendus tamen tantum apud equos obstinatos, pugno graves, dorsique robore valentes, aut posterioribus pedibus humi appressis reptando sequi nolentes, anteriores verò pedes sublevare à terra recusantes.

Hæc enim lectio in acclivitate equum exercendi ingens corporis robur postulat, vimque vehementem exigit, nec cuivis equo præstatu pervia est.

Secundò, utrumque anteriorem pedem nonnulli compedibus ligant, lorum aut funem spithamæ longitudinem æquantem

Das LII. Capitel.

Von unterschiedenen Manieren / die Pferd in Courvetten gehen zu machen.

ES sind noch mehrerley Arten / die Pferd in Courvetten zu bringen: Dann etliche leviren sie erstlich auf einer Callada, und so das Pferd solches thut / alsdann helffen sie ihme entweder mit den Schenckeln fort / oder es hilfft dem Pferd einer zu Fuß mit der Spitzruthen auf der Grouppe.

Diese Art ist zwar nicht zu verwerffen / gehört aber nur für widerspenstige Pferd / welche hart in der Faust sind und ligen / und eines sehr starcken Rückens / oder nicht nachrutschen / und forn nicht übersich wollen.

Dann diese Lection in der Callada erfordert eine grosse Stärcke / forcirt deßwegen gewaltig / und ist nicht für jedes Pferd tauglich.

Fürs andere / so binden etliche denen Pferden an beyde fordere Füß Fessel / und ziehen ein Strick oder Riemen / ein Spannen lang dadurch / und knüpffen

illis inserentes, & traijcientes illum quàm arctissimè constringunt. Deinde equum chorda alligatum ad parietem quendam exercentes, ab anteriori parte sive virgâ sive baculo adminicula suppeditant, non nemine à tergo locato, qui scuticâ equum propellat: hoc modo ab anteriori parte levandi, posterioribus autem pedibus humi appressis reptando subsequendi necessitate equo nolenti volenti impositâ.

Et hæc quidem θεσμοφόρια illa sunt, tanta cum industriâ à plurimis studiosè inquisita, nonnullis sesquipedalia mendacia ambitiosè confingentibus, se intra spatium viginti quatuor horarum Courvettarum exercitium equis perfectè instillare posse.

Periculosa autem est ejusmodi equorum tractatio, imprimis si equi sint magni pretii aut stomachabundi, cum facilè vestigio fallente corruere, & crura frangere possint. Quod si hâc methodo uti sententia stet, intra columnas, ubi ex utroque latere equus ligatus est, expediri posse mihi quidem videtur minori cum periculo.

Quicquid verò tandem sit, in mannis ego hujus rei periculum feci, nec defuit fortunatus successus, equum autem pretiosum huic rei adhibendum esse, consultum mihi non videtur.

Tertiò, nonnulli primùm capite parietem versus reflexo equû exercentes, in transversum eum agunt quàm tardissimè, gradum crebrò sistentes, retrahẽtes, & antrorsum iterũ eundem propellentes, paulatimq; ad parietẽ eundem levantes. Quæ si non inviti equi peregerint, ad parietem præpete concitatóq; galoppo eosdem exercent, Paradaq; finita, eosdem aliquoties levatos, iterũ propulsant, mox attractis habenis iterum levant, imò si necessitas efflagitet, calcaribus nonnullos ictus infligentes, illo etiam remedii genere in ordinem illos redigunt.

Verùm in omnibus Courvettis rectà exhibendis, probè notandum est, si nimia præcipitatione se ipsum equus obruat, bigam operimentorum oculorum, per aliquem temporis tractum, eidem esse applicandam. Ab initio tamen eques ipse non conscendat, sed donec ad tarditatem eundem adegerit, intra columnas exerceat, tum demum eum conscendere licitum esto. Et hæc quidem paucis, quomodo Courvettarum exercitio equus imbui possit, dixisse sufficiat.

Cap. LIII.

De Groupadis.

NUnc lectiones difficiliores, saltus scil. sequuntur. Eligatur autem huic rei equus agilis, mediocris magnitudinis, non longipes, sed equus saltator mediocris sit staturæ, pedum robore, oris bonitate, dorsi firmitate,

fen denselben wol zu / dann nehmen sie das Pferd an eine Chorda an einer Wand / helffen ihme fornen mit der Spitzruthen oder Stecken / und lassen einen hinten mit der Peitschen es fort treiben / so muß das Pferd endlich / es wolle oder wolle nicht / fornen sich leviren / und hinten nachsetzen.

Und diß ist die heimliche Kunst / von welcher so viel Wesens und Nachforschens gewesen ist / in deme sich etliche ausgeben / sie können ein Pferd innerhalb 24. Stunden perfect courvettiren lehre.

Es ist aber gefährlich / also mit Pferden zu procediren / absonderlich so es hoch-gültige und zornmüthige Pferd sind / sintemal sie gar leichtlich fallen können / worüber ihnen ein Schenckel entzwey brechen kan / wann mans ja brauchen wolte / hielte ich / daß zwischen den Piliern keine so grosse Gefahr seye / dann da ist es auf beyden Seiten angebunden.

Es seye ihm aber wie es wolle / an kleinen Pferdlein hab ichs probirt / es hat mir gut gethan / aber ein hoch-gültiges Pferd darzu zu nehmen / wolte ichs nicht wagen.

Drittens / so nehmen etliche ihre Pferd erstlich mit dem Kopff an eine Wand / traversiren sie gantz gemach und langsam / pariren offt / ziehen sie zuruck / und lassen sie wieder fürsich gehen / und leviren es allgemach an der Wand etlichmaln / so sie diß nun willig thun / alsdann galoppiren sie in einem geschwinden Galopp dieselbige an einer Wand / und levirn sie auf die Parada etlichmaln / und poussirens wieder fort / und dann wieder verhalten und levirt / auch da es Noth thut / etliche Spornstreich gegeben / so kommen sie endlich auch darein.

Auch ist diß bey allen Courvetten / so sie gerad ausgehen / wol zu observiren / daß / so sich ein Pferd allzusehr übereilet / man ihme eine Zeitlang ein paar Blenden anlegen solle / jedoch solle der Reuter erstlich nicht darauf sitzen / und also zwischen den Piliern / bis es langsam kommt / exerciren / alsdann mag er auch wol sich darauf setzen. Und diß wäre mit wenigem / wie ein Pferd in den Courvetten abzurichten.

Das LIII. Capitel.

Von den Groupaden.

NUn folgen die schwere Lectiones, nemlich die Sprüng / es ist aber für allem ein ringfertiges / nicht gar zu grosses / und kein hochbeinigtes Pferd zu erwählen / sondern ein Springer solle eines mittelmässigen Gewächs / wol untersetzet /

crurumq; atq; ungularum incolumitate præditus; quum in lectionibus quæ supra terram fiunt, omnes corporis vires intendere equus ejusmodi opus habeat, id quod longipedi, prælongis talis deformato, ingentis & monstrosæ magnitudinis, & crasso equo præstitu vix unquam est possibile.

Ab initio itaq; inter saltuum genera primò sequuntur Groupadæ, quæ lectio fundamentum suum ex Courvettis petit, sicut & omnes cæteræ lectiones supra terram formatæ, idem agunt. Dum enim ab anteriori parte in hac lectione equus levatur, posteriori corporis parte à tergo cruribus attractis ungulisque anteriores pedes versus reflexis itidem levari necessum est.

Hæc itaque lectio ut equo suggeratur, si Courvettarum exercitio prius excellat, dorsique robur documentis non levibus exerat, intra duas columnas alligetur, ab anteriori corporis parte adminiculis, sicuti in Courvettis fieri solet, subministratis; à posteriori verò infra genua pedester aliquis domitor, virgâ tibias feriat, qua ratione non solum femora ventrem versus attrahere equus assuescet, sed & eò magis eadem antrorsum collocabit.

Quamprimùm autem modicos profectus in hac lectione equus fecerit, eques ipse natibus virgâ adminiculum suppeditet, nec ullam porrò nisi extremæ necessitatis casu flagitante mensuram femoribus extorqueat; Si verò adminiculis femorum assuefacere equum iubeat, tardiora illa sint illis, quæ in Courvettis adhibentur, & adeò insuper subtilia, ut omnem tantum non sensum fugiant. In scholis enim supra terram omnia femorum adminicula, quantum fieri potest, abroganda sunt, nisi extrema necessitas, aut inevitabilis correctio illa urgeat; Nam lectiones ejusmodi universæ, solius pugni adminiculo, stimuliq; aut virgæ mensuræ respondeant.

Nonnunquam etiam equus præ altero naturali propensione ad hanc magis quàm alteram aliquam lectionem fertur, minoriq; cum labore eandem perficit, quam alius magna vi & nisu eò adactus.

Quam si intra columnas in iisdem vestigiis accuratè exhibeat, super linea rectâ antrorsum, circa columnam atq; in gyro exerceatur. Et si securus sit calcarium passuumque cultui â probè sit exercitatus, in hac lectione Redoppo etiam, nec non capite columnam versus reflexo exercetur, quæ lectio admodū speciosa est: ubiq; verò, sicuti mentio jam injecta est, pugnus sublimius, tardiusq; quam in Courvettis fieri solet, geratur.

Si verò circa columnam volta emetiatur, sicuti in omnibus aliis lectionibus supra terram, non nihil extra voltam manus, habenæque dirigendæ sunt, parcè tamen ne in versuris equo impedimentum ponatur. conf.

gutes Mauls/starcken Ruckens/und guter gesunder Schenckel / und Hüff seyn / Ursach ein Pferd in solchen Schulen über der Erden / alle seine Leibs-Kräfften darstrecken muß; welches aber von einem hochbeinigen/ hochgekegelten/grossen und plumpen schweren Pferde selten kan præstiret werden.

Folgen derowegen unter den Sprüngen erstlich die Groupaden/welches eine Lection ist/die ihre Fundament aus den Courvetten/gleich wie alle andere Schulen über der Erden hat / sintemal indeme sich das Pferd in dieser Lection vornen leviret/muß es hinten mit der Grouppe auch in die Höhe / und die Schenckel an sich ziehen/ jedoch die Hüff gegen den fordern Füssen zukehrend.

Zu solcher Lection nun zu kommen / solle man das Pferd / wann es erstlich in seinen Courvetten wol versichert ist/und seine Stärcke mit dem Rucken selbsten weiset/ zwischen zweyen Pilieren binde/und ihme vornen wie bey den Courvetten helffen / hinten aber soll einer zu Fuß das Pferd mit einer Spitzruthen / unter den hintern Knien an die Schenckel schmitzen/so wird sich das Pferd nicht allein gewöhnen/die Schenckel besser ansich und in die Höhe gegen dem Bauch/zu ziehen / sondern auch dieselbe desto mehrer für sich zu setzen.

Wofern es aber darein kommen/solle der Reuter dem Pferd mit der Spitzruten auf der Grouppe helffen / und kein Tempo wo es nicht äusserst vonnöthen mit den Schenckeln machen / oder da ers/ an die Hülffe der Schenckel gewehnen will / sollen dieselbe langsamer als die in Courvetten / darzu so subtil seyn/daß man sie fast nicht mercket/dann in den Schulen über der Erden/ alle Schenckel-Hülff/so viel möglich/ sollen eingestellet werden/ wo nicht der äusserste Nothfall / oder ein hochnothwendige Correction solches erfordern / sondern es sollen solche Schulen alle allein auf die Faust/und auf das Tempo mit dem Stachel oder Spitzruten gerichtet seyn.

Es macht auch offt ein Pferd von Natur darzu getrieben / diese Lection lieber als eine andere / und kommt es auch viel ringfertiger an / als ein anders/ welches mit Gewalt soll darzu gebracht und gezwungen werden.

Wann es nun solches zwischen den Piliern/ Ferme à Ferme just machet / dann nimt mans auf die gerade Lineam, fürsich und hintersich um den Pilier, in der Volta, und so es den Schenckel verstehet/ und passegiren kan / auch im Redopp in dieser Lection / wie auch den Kopff gegen dem Pilier gewendet/ welche sehr schön stehet / und solle in allem die Faust/wie schon vermeldet/höher und langsamer als in den Courvetten geführet werden.

Wofern man aber um den Pilier voltiret/ solle man / wie auch in allen Schulen über der Erden/die Hand mit dem Zaum in etwas auswerts der Volta halten / aber nicht zuviel / sonst könte das Pferd nicht wenden. Besiehe N. XLVII. XLVIII. XLIX.

N. XLVII. XLVIII. XLIX. L. LI. LII. LIII. LIV. LV. LVI. LVII. LVIII.

CAP. LIV.
De Ballodatis.

LEctio hæc molestiâ præcedentem longè superans, duobus modis fieri solet. Primus modus est, si equus singulis quatuor pedibus simul subsistat, terramq; iisdem iterum attingat, pilæ instar, terram uno momento tangentis, & denuò subsilientis.

Alter autem modus iste est, si equus mensuram instar Capriolæ conficiens, non calcitret, sed calceos solummodò ferreos ostendat; quæ lectio à nonnullis Groupadis quidem, sed falsò annumeratur. Groupadæ enim femora ventrem versus attrahere, ungulasq; versus anteriores pedes antrorsum vertere docent; Modus autem iste Ballotadarum ultimus femora retrorsum ita retrahere cogit, ut soleæ saltim ferreæ, ac si calcitrare equus vellet, possint conspici, in quo solo etiam à Capriolis differt.

A nonnullis etiam novi saliendi generis Architectis hemaeria dicitur hæc lectio, quippe quæ inter Groupadam & Capriolam sit quasi intermedia, quæ denominatio ex asse etiam quadrat, siquidem cum Ballotadâ omninò coincidat.

Formare autem Equum in prima lectione majorem industriam, roburq; corporis requirit, dum naturalis quasi instinctus & indicia sese prodant. Equi enim ejusmodi levati vel sponte suâ illicò illud faciunt, vel si concitato Galoppo ad chordam ligati circa columnam exerceantur, finitâq; Paradâ subsidio stimuli, unam aut alteram Capriolam conficere adigantur, tandem remoto stimulo, virgâque aut scuticâ in ejus locum surrogatâ, eaque ventri infernè aut intrinsecè interno femori adminiculum subministres, Capriolis relictis, in hoc genus saltuum ruunt.

Quamprimùm autem deprehendas, Paradâ absolutâ, duas saltim aut tres Capriolas equum exhibere, intra columnas in exhibendis illis exerceatur, adminiculo virgæ infimo ventri impigrè adhibito; qua ratione non solùm posteriora femora ferientur, ut anterioribus concinnè correspondeant, sed & singulas mensuras æquali tarditate absolvent.

Intra columnas autem si in iisdem vestigiis morem equus gerat, ad parietem aliquē super lineâ rectâ, abhinc circa columnam in volta, minimè verò in Redoppo, quod periculosum esset, exerceatur.

Alter modus conficiendarum Ballotadarum talis est. In Courvettis intra duas columnas equus strenuè exercitatur: operculis

XLIX. L. LI. LII. LIII. LIV. LV. LVI. LVII. LVIII.

Das LIV. Capitel.
Von den Ballotaden.

DJß ist eine viel härtere Schul als die vorhergehende / und wird auf zweyerley Arten gemacht / erstlich so das Pferd mit allen vieren zugleich in die Höhe sich begibt / und auch darmit wieder die Erden berühret / gleich einem Ballen / welcher in dem er mit einem Tempo die Erden berühret / und wieder übersich gehet.

Die andere Manier ist / wann das Pferd ein Tempo wie eine Capriola machet / und nicht schlägt / sondern nur die Eisen weiset / welche Schul auch von theils unter die Groupaden gerechnet wird / so aber falsch ist / dann die Groupada die Schenckel gegen dem Bauch einziehen / und die Hüff vorwarts gegen den fordern Füssen kehren muß / diese letztere Manier der Ballotaden aber / die Schenckel also hintersich in die Höhe ziehen muß / daß es die Eisen weist / als wanns schlagen wolte / und ist auch nur in diesem einigen von den Capriolen unterschieden.

Es wird auch von theils / so noch eine neue Art springen herfür suchen / die halblüfftige Schul genennet / als gleichsam das Mittel zwischen der Grouppada und der Capriola, welches sich auch eben recht hieher schicket / und eine Ballotada kan genennet werden / gantz und gar / wie es dann auch nichts anderst ist.

In der ersten Schul nun ein Pferd zu unterrichten / erfordert mehr die Geschickligkeit und Stärcke deß Leibs / indeme es gleichsam von Natur sich selbsten darzu weiset / dann wann man solche Pferd leviret / sie entweder solches alsobald von sich selbsten thun / oder / so man sie an der Chorda um den Pilier schnell galoppiret / und auf die Parada mit Hülff eines Stachels / eine Capriolen drey machen lässet / sie alsdann letzlich / so man den Stachel hinweg thut / und eine Peitschen oder Spitzruthen darfür nimt / und ihm darmit unten am Bauch / oder innwendig an denen innwendigen Schenckeln hilfft / aus der Capriolen fallen / und diese Art deß Springens an sich nehmen.

So bald man aber siehet / daß sie auf die Parada nur eins / zwey oder drey machen / soll man sie alsdann zwischen den Piliern darinnen exerciren / und mit der Hülff der Spitzruthen wacker unten durchfahren / so werden die hintere Schenckel damit nicht allein getroffen / daß sie mit den fordern correspondiren / sondern es werden die Pferde dardurch auch ein Tempo so langsam als das andere machē.

Wann sie nun zwischen den Piliern / Ferme à Ferme solches thun / alsdann kan man sie auf die Lineam an die Wand nehmen / von dar hernacher in die Volta um den Pilier, keines Wegs aber in Redopp, dann sie gar gefährlich ist.

Die andere Manier Ballotaden zu machen / so exercirt man das Pferd wol / zwischen den Piliern in Courvetten / hernach thut man ihme Blen-

oculorum posteà adhibitis, denuò tardissimis Courvettis excolitur: Quas ubi assecutus fuerit, ponè natibus intra caudam & posteriora genua, ut ea elevet, & calcitrare præsumat, virga vibratur. Quæ si tam insidente equite, quam eo absente fecerit, operimenta oculorum removeantur, ferro quodam rotundo, aculeatoque à tergo supra crepidinem postilenæ insertò; Hoc modo ab anteriori saltim corporis parte intra columnas exerceatur, super quo ab initio quidem equus valdè stomachabitur & supra modum calcitrabit.

Ferreum autem istud instrumentum postilenæ ita applicandum est, ut prælongus simul dependeat funiculus, quo instrumentum ultrò citroq; moveri, & aculei instrumenti sublevari possint, equo interim gradum sistente & respirante.

Machina ista ferrea, si per aliquot dies adhibita, equusq; ulcerosus redditus fuerit, vulnus illud saltim aceto & pipere eluatur, surrogato interim alio instrumento ferreo, aculeis orbato, & à calcitratione successivè abstinebit, ostensis solummodo calceis ferreis.

Tunc autem tempus est, ut eques rursus conscendens, à fronte mensuram virgâ iterum suppeditet, ubi non deerit, quin suâ spontè mensuram posteriore corporis parte exhibeat, equite solummodò pugnum immobiliter, & sub certæ mensuræ legibus tenente. Tum verò ubi morem gesserit, à tergo sola virgâ, sine omnibus prorsus adminiculis à pedestribus suppeditatis, posterioribus mensuram itidem subministret, observata anteriori quæ pugno fit, mensura.

Si verò adminiculo femorum equum volueris assuetum, suppeditandum illud est appressione eorum aliquantisper retrorsum facta: quanquam longè elegantius fit absq; femorum adminiculo, quam iisdem admotis equum saltatorem exercere.

Hanc itaq; lectionem intra columnas, si etiam equus exhibeat, imprimis circa columnam, supra linea itidem rectâ & in Redoppo exercere eundem licebit. Retrorsum autem ut & si passum è saltu exercere velles, hæc lectio non quadrabit. Groupadæ autem Capriolæq; super lineâ fieri quodammodo possunt, quamvis perraræ admodum sint, & infrequenter admodum occurrant. Et hæc hactenus de Ballotadis. conf. Num. LXIX. LXX. LXXI. LXXII. LXXIII. LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVII. LXXVIII.

den an / und exercirts wieder in langsamen Courvetten/ und so es diß auch ergriffe/ alsdann schmitzt mans mit einer Spitzruthen/ hinten an die Grouppe zwischen dem Schwantz und den hintern Knien/ daß es dieselben erhebe und zu schlagen begehre / und so es diß auch so wol ohne als mit dem Reuter thut / alsdann thut man ihme die Blenden wieder hinweg/ und machet ihme hinten auf den Rücken / oberhalb der Grouppe ein rundes Eisen an das Hinterzeug/ mit Spitzen / und exercirts also nur vornen / zwischen den Piliern / so wird sich das Pferd erstlich zwar sehr darüber erzürnen / und mächtig streichen.

Es muß aber das Eisen an das Hinterzeug also angemachet werden / daß eine lange Schnur daran seye/ mit deren man das Eisen herum ziehen könne / daß es die Spitzen deß Eisens übersich ziehe/ darmit das Pferd parire / und verschnauffen könne.

So diß Eisen nun einen Tag oder etlich gebraucht / und das Pferd wund worden/ soll man den Schaden nur mit Essig und Pfeffer abwaschen/ und ein anders Eisen ohne Stachel einmachen / so wird es das Streichen nach und nach lassen/ und die Eisen nur weisen.

Dann ists Zeit / daß man wieder darauf sitze/ und der Reuter ihme das Tempo vornen mit der Spitzruten gebe / so wird es das Tempo mit der Grouppe schon von sich selbst machen / wann nur der Reuter seine Faust stet führet / und in gewisser Mensur behält / alsdann da es obediret/ solle er ihme hinten auf die Grouppe mit der Spitzruthen/ ohne alle Hülff zu Fuß/ auch geben/ und das fordere Tempo mit Führung der Faust in Acht nehmen.

Da er aber das Pferd auf die Hülffe der Schenckel gewehnen will / solle er ihme die Hülffe der Schenckel/ mit deren etwas zuruck Andruckung begegnen/ jedoch stehet es viel schöner ohne Hülff der Schenckel / als mit der Hülffe einen Springer reiten.

So es nun diese Lection zwischen den Piliern auch machet / so kan man es forderst um den Pilier, auf der Linea und im Redopp exerciren / hintersich stehet diese Schul / wie auch der Pas è salto nicht / aber Grouppaden und Capriolen kan man auf einer Linea wol machen / wiewol sie alle beyde gar rar sind / und selten gesehen werden. Und diß wäre von den beyderley Ballotaden. Besiehe N. LXIX. LXX. LXXI. LXXII. LXXIII. LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVII. LXXVIII.

Cap. LV.

De Capriolis.

QUoad mensuram Capriolæ cum Ballotadis hisce posterioribus omninò coincidunt, nec ulla hic discrepantia occurrit,

Das LV. Capitel.

Von den Capriolen.

DJe Capriolen und die letztern Ballotaden / haben einerley Tempo, und sind in keinem unterschieden/ als daß die Capriola strei-

quam quod Capriolæ calcitratione, Ballotadæ verò solâ ferrearum solearum ostensione peragantur. Fundamentum autem suum ex Courvettis itidem mutuantur Capriolę, equique ad eam planè normam ab initio tractari debent.

Quantò autem ab anteriori corporis parte se equus levaverit sublimius, cruraque sinuaverit, tantò se res habet meliùs. Cùm enim subsiliendo absolvatur hæc lectio, saltus illi fiant satis sublimiter: secus ac non rarò equos reperias saltatores, à posteriori quidem corporis parte extra mensuram & modulum musicum non exorbitantes, ab anteriori verò parte vix ad spithamę altitudinem à terrâ pedes sublevantes.

Ubi igitur intra columnas eò usq; equus fuerit deductus, ut non invitus sese levet, natibusq; in sublime elatis, posterioribus pedibus calcitret, à tergo stimulo quodam per domitorem quendam pedestrem subministretur adminiculum, ita tamen ut ab initio plures una Capriolas non perficiat: quâ impetratâ blandimentis permulceatur, & denuò ad exhibitionem alterius Capriolæ adigatur: sicque cottidiè gradatim numerum augere pergat. Nunquam tamen multitudine utut viribus satis valentem Equum obruat, ne ad desperationem adactus si à columnis liberaretur, unà cum equite evaderet atq; erumperet.

Stimulator autem pedester immediatè à tergo Equi collocetur, & à posteriori nates intra caudam & suffragines, non quidem punctim; sed stimulum saltim apprimendo feriat; si enim punctim adminiculum administrare vellet, legitimam mensuram nunquam adhiberet, sed vel præmaturè vel serò nimis suppeditaret.

Postquam igitur equus vacuus ab equite Capriolas rectas reddiderit, eques eundem conscendens, si quidem femorum adminiculo eundem velit assuetum, femore mensuram quàm tardissimè præbeat (quanquam me judice palma iis debeatur, qui equum saltatorem sine omni femorum, solius pugni virgæ, aut stimuli adminiculo equitant.) Porrò si ab anteriori parte adminiculo vel admoto vel remoto, legitimè se levet equus, à posteriori etiam parte stimulo adhibeatur adminiculum maximo adhibito studio, ut tam pugni adminiculum ab anteriori, quàm ponè stimuli aut virgæ cum adminiculis & mensuris à domitoribus pedestribus subministratis, in idem temporis punctum egregiè conspiret; secus enim si adminicula contraria alternatione, qua unus tardiùs, alter præmaturiùs rem agit, succederent, equus ita perturbaretur, ut quo se vertat, nesciat.

In his ergò, & intra columnas etiam, necnon in iisdem vestigiis si equus morem gerat, liberatum à columnis super linea quo-

streichet/die Ballotada aber die Eisen nur zeiget/es haben die Capriolen ihr Fundament auch aus den Courvetten/ und müssen solche Pferd auch erstlich also/und nicht anderst tractiret werden.

Und je höher sich das Pferd vornen leviret/ und die Schenckel beugt/ je besser es ist/dann wanns ja solle gesprungen heissen / so solle es auch recht gesprungen seyn/ und nicht wie es bisweilen Springer gibt/ die zwar hinten ihre Aria wol machen/ und ihr Tempo nach der Mensur halten/vornen aber kaum einer Spannen hoch aus dem Boden kommen.

So man nun das Pferd zwischen den Pilieren so weit gebracht / daß es gerne levirt / und mit der Grouppe spielet / so solle man ihme alsdann hinten zu Fuß mit einem Stachel helffen/ doch anfänglich über eine nicht machen/ihme alsbald chariſſiren/und hernach wieder eine machen lassen / und also täglich gradatim dieselbige vermehren / aber niemaln dem Pferd auf einmal zu viel zumuthen/ ob es schon das Vermögen hätte / sonsten würde es desperat werden/ und so es aus den Pilieren käme/mit dem Reuter davon lauffen und ausreissen.

Es muß aber der so zu Fuß/ihme mit dem Stachel hinten helffen will / gerad hinter dem Pferd stehen/und hinte die Grouppe zwischen dem Schwantz und hintern Knien/ darmit treffen/nicht darnach stechen / sondern den Stachel nur antrucken / sonsten wann er darnach stechen solte / würde er niemaln ein rechtes Tempo machen können / sondern entweder zu geschwind/oder zu spat kommen.

Wann nun das Pferd also bloß seine Capriola gerad machet / so solle einer darauf sitzen / und dem Pferd/wofern ers auf die Hülffe der Schenckel gewehnen will / das Tempo mit den Schenckeln/ aber nur langsam gebē/ (obwoln ich ohne der Schenckel Hülff / und nur auf die blosse Faust und Hülffe der Spitzruthen oder Stachels / vielmehr bey dem Springen halte /) so es nun vornen mit oder ohne Hülff sein Levada recht machet / alsdann solle er auch ihme hinten mit dem Stachel helffen / und wol Achtung geben / daß so wol seine Hülffe der Faust vornen/als hinten seinen Stachel oder Spitzruthen/ mit deren zu Fuß / ihrer Hülffe und Tempo, recht übereintreffe/und zu einer Zeit geschehe/sonsten so sie mit der Hülffe contrar, einer langsam / der ander zu geschwind kämen/ das Pferd irr gemachet/und in eine Disordre kommen würde.

So nun er das Pferd in diesem/auch zwischen den Pilier, ferme à ferme gewonnen / solle ers auch hieraus auf die Lineam nehmen / jedoch die

que eques exerceat; adminiculo tamen à pedestribus domitoribus tam chorda quam virgâ suppeditando, donec ad perfectionem non mediocrem equus sit perductus, nondum abrogato.

Postquam autem super linea rectâ lectiones concinnè equus exhibuerit, circa columnam sinistrorsum atq; dextrorsum in Progymnasmatibus exhibendis itidem instituatur; quin & si femoris notitiâ sit imbutus, viribusq; polleat, impetu insuper naturali eò feratur, voltam meris Capriolis exhibitis, Redoppo absolvat.

Hæc tamen lectio periculosa admodum est, & infrequens, non à quovis equo postulanda, speciosa tamen & potissimis ornamentis atq; perfectionibus tam equitis quam equi in Catadromo annumeranda. conf. N. LIX. LX. LXI. LXII. LXIII. LXIV. LXV. LXVI. LXVII. LXVIII.

Hülffe zu Fuß / so wol mit der Chorda als der Spißruthen/und solches nicht quittiren/bis so lang das Pferd wol drinn ist.

Und wanns seine Lection auf gerader Linea recht machet / kan mans hernach um den Pilier, lincks und rechts/ seine Opera lehren machen / auch wo es den Schenckel verstünde/und gar guten Vermögens wäre/auch solchen Lust darzu hätte/die Volta in Capriolen redoppiren.

Jedoch ist diese Lection sehr gefährlich und rar/daß es auch nicht ein jedes Pferd thun wird; jedoch stehets schön/ und ist wol eine unter den Principal-Zierden und Vollkommenheiten beydes deß Reuters und auch deß Pferds auf einer Reitschul. Besiehe N. LIX. LX. LXI. LXII. LXIII. LXIV. LXV. LXVI. LXVII. LXVIII.

CAP. LVI.

De Passu è saltu.

Egregia etiam lectio supra terram est passus è saltu, Equo Capriolis præstitu longè facilior, quia in hac lectione antequam calcitret, anteriori corporis parte duæ semper mensuræ prius sunt absolvendæ, tertiâ demum mensura calcitratione facta.

Illa autem mensura, in qua calcitrationem fieri oportet, omnium sit excelsissima, in qua habenæ primum attrahendæ, mox tamen iterum laxandæ sunt.

Lectio hæc ab initio equo ab equite vacuo intra columnas inculcanda est, domitore & à fronte & à tergo collocato. Unus autem in suppeditando adminiculo alterum non antevertat, sed ambo coincidant necesse est. Cùm à domitore à tergo constituto stimulo adminiculum suppeditari prius non debeat, donec mensurâ tertiâ in sublime sese efferat, sicut & domitori à fronte collocato, adminiculo prius non succurrendum est, donec calcitrationem in sublimi absolverit.

Unam itaq; aut alteram mensuram ubi equus concinnè in hac lectione exhibuerit, eques conscendat, & uti pridem dixi, adminicula subministret: Quæ si etiam equite insidente haud invitus repetierit, ad chordam ligatus parietem versus exerceatur, ibidemq; ad mensuram unam aut alteram exhibendam adigatur, primâ tamen vice unica sufficiat, postea duæ, porrò tres, & ita successivè plures equo injungantur exhibendæ.

Hanc lectionem ad Parietem etiam si sponte expediat, & ad perfectionem equus sit perductus, ad columnam in volta eques poterit exercere; in qua si summum etiam perfectionis gradum impleverit ad Redoppum in hac lectione transitum facere licebit, in

Das LVI. Capitel.

Vom Pass è salto.

Der Pass è salto ist auch ein schöne Schul über der Erden / kommt aber einem Pferd viel leichter an/als die Capriolen/ Ursach/ in deme in dieser Schul das Pferd allemal zwey Tempo fornen machen muß / ehe es streichet / und im dritten Tempo den Streich allererst verrichtet.

Es muß aber allemal das Tempo, in dem es streichen solle/das höchste seyn/und das Pferd in diesem Tempo erstlich verhalten / und ihme doch wieder bald Lufft gelassen werden.

Diese Lection solle man dem Pferd erstlich zwischen den Piliern ohne den Reuter weisen / nemlich eine Person forn / und die andere hinten. Sie müssen aber auf einander Acht haben / daß sie das Tempo recht treffen / in deme der jenige/ welcher hinten stehet / dem Pferd mit dem Stachel nicht ehender helffen solle / bis es in dem dritten Tempo in der Höhe ist / wie auch der / so fornen zu Fuß stehet / eher nicht helffen solle / bis das Pferd seinen Streich in der Höhe verrichtet hat.

Wann nun das Pferd ein Tempo oder etliche in dieser Lection just gemachet/alsdann soll man den Reuter darauf setzen/ und ihme helffen / wie vorhero gemeldet / und so es diß auch unter dem Reuter thut / und willig ist / soll mans an eine Chorda an die Wand nehmen / und es allda ein Tempo etliche machen lassen / erstlich aber nur eins / dann zwey/ drey/ und successivè je länger je mehr.

So es diese Lection auch an der Wand willig machet / und darinn perfectionirt / kan man es an den Pilier nehmen/und in der Volta exerciren/ wie auch so es dieses hinweg hat/ den Redopp mit ihme in dieser Lection versuchen / darein es gar leichtlich kommen wird/doch in allem muß man nach Discretion

quem quidem ruet quàm facillimè; ubivis tamen leniter admodum procedendum est, poppyſmate quàm diligentiſſimè adhibito.

Ad ſubminiſtrationem igitur adminiculi à pedeſtri domitore proficiſcentem, ſi equus progrediatur, eques etiam proprio marte periculum faciat, opportuno tempore menſuram ſive ſtimulo ſive virga præbendo: Et manifeſtum erit, longè alacriorem animoſioremq; eundem perrecturum, ac ſi ad chordam exercitaretur.

Notandum autem eſt mantiſſæ loco, poſtquam ſtimuli adminiculum ab equo ſit receptum, virgam poſtea ejus debere vicem explere. conf. N. LIX. LX.

tion mit ihme handeln / und der Charesse niemaln vergessen.

So es nun mit der Hülffe deß zu Fuß gehet / solle es auch der Reuter allein mit seiner Hülffe probiren / und ihme das Tempo zu rechter Zeit geben / es seye mit dem Stachel oder Spitzruthen / so wird er erfahren / daß es viel hurtiger und mit besserer Courage gehen wird / als wann es an der Chorda geritten würde.

Man muß aber zum Beschluß in dieser Lection wol in Acht nehmen / daß wann das Pferd den Stachel angenommen / man hernach die Spitzruthen an statt deß Stachels gebrauchen solle. Besiehe N. LIX. LX.

Cap. LVII.

Equus tormentorum Exonerationi perferendæ deſtinatus quomodo tractandus & formandus ſit.

ASſuefacere volenti Equum tormentorum Exonerationem perferre, tria occurrunt conſideranda, primò Equi color, ſecundò magnitudo, ſive ſtatura, tertiò indoles.

Colorem quantum attinet, equus iſte aut rufulus ſit, aut gilvus, aut badius, aut murinus, aut fuſcus, aut cœruleus ſive leucophæatus, nullo modo verò ater, ſpadiceus, candidus aut guttatus, cùm colores ſupra memoratos volucres non adeò exhorreſcant, ſicuti candorem aut nigredinem, quia ejusmodi colores ſupra memorati, in cervis, damis, tauris, vaccis ſæpiuſculè objiciantur volucribus, ut iis ferendis tantum non ſint aſſuetæ.

Magnitudinem quod concernit, equus ejusmodi quantæ quantæ magnitudinis obtinere poſſis licebit, ita tamen ut collum etiam cygneum & altitudini & magnitudini equi reſpondeat, ut capite poſſit terram tangere. Secus peſſimè ſe res haberet, ſi equus eſſet proceræ quidem ſtaturæ, collo verò decurtato deformatæ.

De indole ſi me roges, ea ita ſit temperata, ut nec nimis concitatus, nec ignavus etiam aut languidus ſit, multò minus ad qualiacunq; objecta prætrepidus, aut ad exonerationem tormentorum pavidus, aut aliis vitiis malisve moribus, ut ſunt: calcitrare, mordere, ſubſilire &c. imbutus.

Equum itaq; ad tormentorum exploſionem, volatiliumq; agitationem formaturus, ſeorſim ante omnia eundem, vel in domum equitationi deſtinatam, vel alium aliquem locum à frequentia hominum equorumq; ſegregatum, deducat. Deinde cingulo venatorio ventrem ejus cingat (conf. N. C. lit. a. N. 1.) nec non camum venatorium N. 2. craſſitie minimum digitum, aut gracilius quid æquantem, & ad formam rudentum

Das LVII. Capitel.

Wie man ein Schies-Pferd treiben und auf den Schuß abrichten solle.

MAn muß dreyerley betrachten / wann man einen Schiesgaul abrichten will; Erstlich die Farb / fürs ander die Grösse oder das Gewächs / und drittens den Humor deß Pferds.

Die Farb anbelangend / solle solche entweder ein Liechtfux / Falch / Liechtbraun / Maußfalch / Rotschimmel / Blauschimmel / oder Sandgrau / keineswegs aber ein Rapp / Schwartzbraun / weisses Pferd oder ein Scheck seyn / sintemal von denen obbeschriebenen Farben sich das Federwild nicht also scheuet / als von der weissen oder schwartzen Farb / Ursach an Hirschen / Rehen / Ochsen / Kühen / dergleichen obbeschriebene Farben zum öfftern dem Federwild für das Gesicht kommt und es fast gewohnt ist.

Die Grösse betreffendt kan das Schiespferd so groß und hoch seyn / als man immer eins bekommen mag / jedoch daß es seiner Grösse und Höhe nach / auch einen langen Hals habe / darmit es fein auf den Boden herab langen könne / sonsten es sich gar übel darzu schicken würde / so das Pferd hoch und hergegen der Hals kurtz gewachsen wäre.

Der Humor / solle an dem Pferd also beschaffen seyn / daß das Pferd nicht gar zu hitzig / auch nicht gar zu träg und faul / auch nicht scheu an allem den jenigen / was ihnen für die Augen kommt / oder schrickig für dem Schuß sey / oder sonsten andere böse Gebräuch und Laster / als Schlagen / Beissen / Springen und anders an sich habe.

Wann man nun ein solches Pferd zum Schuß und Treiben abrichten will / solle man anfänglich / dasselbe besonder / entweder in das Reithaus / Reitbahn oder sonst an ein abgelegenes Ort / an welchem weder Leute noch Pferde sind / führen / alsdann ihme einen Schiesgurt um den Leib / besiehe N. C. lit. a. N. 1. wie auch die Schieshalffter N. 2. (welche Schieshalffter aber eines kleinen Fingers dick oder ein klein wenig geschmeidiger und auf die Art soll gedrehet / gleich wie man die Schiffsail zu drehen pflegt /

contortum, equo applicet. Porrò compedes N. 3. ex corio compacto intrinsecè setis dorcadum infarto equo induat. Habenas cami venatorii per annulos ferreos compedibus aptatos, simulque per alterum annulum camo venatorio inclusum trajiciat. conf. N. 4. In extremitatibus autem utriusq; habenæ nodum nectat. Porrò fune pollicis crassitiem paulisper excedente & ab utraque extremitate tendiculis instructo, conf. N. 5. frontem circumdet, & inferius circa collum, trinâ vel quaternâ vice, satis tamen laxè constringat; tunc camo venatorio soluto, utraque tendiculâ, funis modo dicti, anteriora crura trajiciat, nec non camo tendiculas trajecto, cingulum iterum constringat. conf. N. 6.

Ab initio autem funis hic non nimis adstringendus est, secus semetipsum rigidius equus castigaret. Hoc itaque modo, equo instructo, domitor primò juxta eundem ad latus dextrum constitutus, propellere incipiat, habena dextra dextrâ, sinistra verò sinistrâ prehensâ. Quod si nollet progredi, taureâ aut fragmento virgæ paulisper in dorso feriat, hocque modo propellat.

Si verò ab initio admodum ferocem se & refractarium exhiberet, rectum sc. se & sublimem efferendo, procumbendo, subsiliendo, calcitrando, istis omnibus nec quicquam curatis audacter tractetur & propellatur.

Propulsione hujuscemodi per diem unum aut alterum continuatâ, funis capiti circumvolutus magis ac magis cingulo adstringatur, ut hac ratione eo quo par est modo caput deorsum flectere assuescat.

Exercitatio autem quæ fune perficitur hoc modo instituenda est. Si primâ vice dextram versus equum propellere animus sit, id quod in omnibus omninò exercitiis solenne ac familiare est, sinistra sursum, dextra deorsum tenenda, funesq; alternatim reciprocandi sunt, ut passibus exiguis equus tardè progrediatur, & si qua se præpetibus gressibus præcipitaret, acriter sese supra nares castiget: si verò sinistram versus propellatur, sinistram inferius, dextram superius tenendo funes itidem alternâ exercitatione reciprocandi sunt. conf. N. C. lit. b.

Ubi ergo morem gerere & promptè obedire inceperit equus, in libero campo per transversos agrorum pulvinos agitatus, funibus impigrè exerceatur, ut naribus hoc modo vulneratis, lento regimini assuescat: quod ut obtineas, quotiescunq; camum ex funibus contortum equo induas, danda est opera, ut supra nares identidem prima funis vestigia reperias, ibidemque adstringas, ut suam semper sensilitatem obtineat.

pflegt/ seyn solle/) anthun/ alsdann ihme die Fessel/ besiehe N. 3. (welche Fessel von starckem Leder und innwendig mit Rehehaar ausgefüttert/ gemacht sollen werden/) anlegen/ die Zügel oder Strickhalffter durch die eiserne Ring/ so an deren Fesseln angemacht/ wie auch oben durch den andern am Schiesgurt angenähten Ring durchschieben/ besiehe N. 4. alsdann am End einen Knopff an beyde Zügel machen/ ferners ihm ein Sail/ welches etwas dickers als eines Daumens dick ist/ und unten an beyden Enden Schlaifen hat/ besiehe N. 5. um die Stirn binden/ und unterm Hals einmal drey oder vier zusticken/ jedoch auch nicht gar zu eng/ alsdann den Schiesgurt aufmachen/ und die zwey Schleifen vom Sail zwischen deß Pferds fordere Beine durch und den Schiesgurt auch durch die beyde Schlaifen hinein schieben und wieder zugürten/ besiehe N. 6.

Man muß aber Anfangs diß Sail nicht gar zu kurtz machen/ sonsten das Pferd sich anfänglich gar zu hart straffen möchte. So nun das Pferd also gerüstet ist/ solle man erstlich sich neben das Pferd auf die rechte Seiten stellen und selbiges anfangen zu treiben/ den rechten Zügel deß Pferds in die rechte/ und den lincken Zügel in die lincke Hand nehmen/ und so es nicht avanciren wolte/ es auf dem Rücken ein klein wenig mit einer Ochsenzähne oder Stück von einer Spitzruthen treffen und also forttreiben.

Dafern aber das Pferd anfänglich sich sehr wild erzeigen und wehren wolte/ entweder mit Bäumen/ Niederfallen/ Springen/ Schlagen/ solle man solches nicht achten/ sondern dasselbe keck angreiffen und forttreiben.

Mit solchem Treiben muß man ein paar Tag also fort machen/ und dem Pferd das Sail um den Kopff/ je länger je mehr kürtzer an den Gurt ziehen/ darmit es also recht mit dem Kopff untersich komme.

Es muß aber das Arbeiten mit den Stricken auf folgende Weis beschehen: Als wann er das Pferd zum ersten auf die rechte Hand treiben will/ (wie dann aller Anfang auf der rechten Hand in allen Pferds-Exercitien beschehen solle/) so muß man die lincke Hand oben/ die rechte aber unten halten/ und einen Strick um den andern fein gemach arbeiten/ darmit das Pferd mit kleinen Schritten langsam fortgehe/ und sich durch das Ubereilen seiner Schritte rechtschaffen über der Nasen straffe/ treibt man dann auf die lincke Hand/ so muß man die lincke Hand unten und die rechte oben halten/ und auch einen Strick um den andern arbeiten. Besiehe N. C. lit. b.

So das Pferd sich nun in etwas ergeben und willig ist/ muß solches im freyen Feld über die Aecker und Beete getrieben und mit den Stricken wol gearbeitet werden/ darmit das Pferd von dem Strick über die Nasen wund und dardurch leiß gemacht werde/ zu dem Ende wann man dem Pferd die Strickhalffter anthut/ man darbey in Acht nehmen muß/ daß man den Strick über die Nasen allemal in das alte Ort rucke/ darmit es seine stetige Empfindlichkeit habe.

Unter-

Interim sæpius demulceatur, & quotiescunq; gradus sistitur, edatur ore susurrus; habenæ porrò alternatim reciprocatæ, & modo attractæ, modo laxatæ adhibitis blandimentis, immotè gerantur.

In his etiam si obtemperaverit equus, capite primò & anterioris corporis parte, utrumque latus versus reddatur versatilis, quod hac ratione fieri potest.

Primò ambabus manibus caput ad latus flectatur, adhibitâ tamen cautione, ne intra versuram capite violenter sursum nutando, equitem lædat, id quod summo cum studio declinandum est.

Ab anteriori autem parte si promptum se ad reflectendum exhibeat, à posteriori etiam, & primo quidem itidem dextram versus versuræ assuefiat, idq; à tergo equi consistendo, dextrâ dextram habenam apprehendendo eamque attrahendo, sinistra volâ mensuram posteriori, & quidem dextræ inflexæ genu juxta clunes subministrando: Hoc modo citò se equus vertet.

Idem modus sinistram versus equum vertendi, cum sinistro fune ex lævâ manu etiam recurrat; mensurâ dextra palma, posteriori eique sinistræ inflexuræ genu juxta nates subministratâ: qua ratione repentina etiam & velox reflexio instituitur.

Reflexioni verò ubi assueverit, in transversum etiam equum agi oportet: si dextram versus eundem agere lubeat, ab initio fune dextro breviter attracto, sinistro verò laxato baculo insuper sinistro lateri impacto, incitetur, ut ad digiti tactum morem postmodum gerat.

Eodem modo si sinistram versus in transversum equum agere placuerit, sinister funis breviter attrahatur, dexter autem remittatur, baculo de quo modo dixi, dextro lateri impacto, sic etiam femori cedet. Ut autem intelligat, bene se fecisse, blandimentis singulis vicibus demulcendus est, servo uno aut altero, dum excitantur & agitantur volucres, juxta eundem currente, ut formidolositas hac ratione illi excutiatur.

Ubi igitur in omnibus propulsionis generibus satis superque exercitatus, promptusque redditus fuerit, non nemo à tergo tormenti in sublime elati catulo saltem strepitum aliquoties edat, quem si parvi pendat equus, rotulam clave intentam relaxet, quo itidem neglecto, pulvis nitratus viperæ sparsim infundatur, & ita explosio simuletur, equo semper ad quietem composito, blandimentis interim permulso.

Hæc si à tergo eminùs equus pertulerit, paulatim magis ac magis cominus tormentum appropinquet, tandemque repetitis

Unterdessen muß man die Caresse offt brauchen und wann man pariret/allemal mit dem Maul braussen/die Zügel/einen um den andern rucken/und darbey die Zügel kurtz und lang still halten und caressiren.

Wann ein Pferd nun auch hierinnen obediret / so solle mans erstlich fornen mit dem Kopff auf jede Seiten wenden lernen/ welches auf nachfolgende Weise geschihet.

Erstlich rechts / in dem man ihme fornen den Kopff geschwind mit beyden Händen auf die Seiten drucket; Es ist sich aber hierinnen wol fürzusehen / daß das Pferd im Wenden den Kopff nicht übersich schnelle und einem darmit ein Gutes versetze / sondern es muß in alleweg hierinnen genaue Observanz gebraucht werden.

Wann es nun fornen gerne wendet / so solle man auch solches hinten zu wenden unterweisen/auch anfänglich rechts / in deme man hinter das Pferd stehet / solle man mit der rechten Hand den rechten Zügel ergreiffen/ denselben anziehen und mit der lincken flachen Hand dem Pferd ein Tempo am hintern rechten Bug neben die Grouppe darmit geben/so wird es sich geschwind wenden.

Gleichermassen mans auch auf die lincke Hand mit dem lincken Strick und lincken Hand wenden und das Tempo mit der rechten auf den hintern lincken Bug neben der Grouppe geben solle / so wird es sich auch geschwind lincks wenden.

Wann nun das Pferd wenden kan / muß mans auch auf die Seiten treiben/will mans auf die rechte Hand treiben / so soll man das Pferd erstlich mit dem rechten Strick/ jedoch kurtz rucken/ und mit dem lincken nachgebẽ/auch mit einem kleinen Stock vornen an die lincke Seiten stossen/damit es hernach wann mans nur mit einem Finger anrühret/verstehe und darauf gebe.

Gleichermassen wann mans auf die lincke Hand treiben will/soll man ihme den lincken Strick kurtz fassen und mit dem rechten nachgeben / auch es mit dem Stock auf die rechte Seiten stossen / so wirds den Schenckel auch weichen. Man muß ihme aber wie offt erwehnt worden / allemal caressiren / damit es verstehen lerne / daß es recht gethan habe / auch im Treiben bisweilen zwey oder gar drey Personen neben ihme hergehen / damit es der Leut gewohne.

So es nun in allem seinem Treiben perfect und willig ist / solle einer mit einer Büchsen von hinten her / jedoch das Rohr in die Höhe haltend / den Schneller etlichemal loß schnappen und so es dieses nicht achtet / das Rohr spannen und loßschlagen lassen/wann es nun solches auch gewohnt / kan man ein andermal Pulffer auf die Zündpfannen schütten und blind Feuer geben/jedoch allemal das Pferd wol still halten und ihme schön thun.

Wanns nun solches hinten her von ferne leidet / solle man sich allezeit gemählich darmit nähern und das Rohr ihme endlich auf die Grouppe legen

omnibus, quæ prius gesta sunt, clunibus imponatur: porrò ossi infra ephippii capitulum in fine colli prominenti, successivè applicetur, sedula (nisi omnem operam & oleum perdere velis) cautione adhibitâ, ne equum vel quàm levissimè aduras.

Quæ omnia si æquo animo sustineat, tubulus leviter saltim constipatus à tergo eminus explodatur; finitaque explosione, equus semper permulceatur, exonerationi augmento identidem superaddito, tormentoq; natibus equi aptato.

Quibus omnibus si equus etiam fuerit assuetus, patienterque ea tulerit, à fronte etiam quamvis gradatim sclopus manualis exoneretur, blandimentis confestim repetitis.

Exercitium istud cottidiè tam antemeridianis quam pomeridianis horis repetitum, ad morem omninò gerendum successivè equum inducet.

Notandum autem est equos quosdam ab initio ad tormentorum exonerationem valdè expavescere, in quos verberibus propterea sæviendum, aut objurgationibus debacchandum non est, sed humanitate tractentur quantâ fieri potest maxima, habenis juxta firmissimè retentis, & castigatione exigente necessitate adhibitâ.

Aliud tamen opponam remedium, quo terror ejusmodi equis poterit excuti. Biga conficiatur obturamentorum cereorum (μοτοὺς πριαπισκωποὺς Græci appellitant, à Genitalis humani forma) quæ in aures profundè immitti possit; In summitate tamen funiculum habeat dependentem, quæ biga postquam secundum internam aurium proportionem cera formata est, vesicâ quadam obducenda, ut si in auribus cera liquesceret, funiculis iterum incorrupta possit extrahi.

Hæc obturamenta auribus equi inserantur, ut ad exonerationem tormentorum surdescat; deinde paulatim magis ac magis extrahantur, donec fragori tormentorum penitus sit assuetus. Usum insuper habent hæc obturamenta non contemnendum, si equi deorsum ab initio caput deprimere detrectent, quæ si auribus infigantur, caput illicò depriment, & in consuetudinem depressionem illam tantum non traducent.

In his omnibus quæ hactenus commemorata sunt, si promptum sese equus exeruerit, & fune, quo caput erat obvolutum, & cingulo venatorio, & compedibus remotis, solo camo venatorio propellatur.

Quem si aucupio assuefacere volueris, non statim immediatè adversus volatilia sed vento adversum propelles, ultroque citroque eundem vertendo, mox ad volucres accedendo, mox recedendo equum exercitaturus, ut volucres hoc modo reddantur securæ; secus enim si auram hominis perdix aut scolopax aliquantulum saltim nictat

Surget, & in sylvas pennis ablata recurret.

und alles vorige wiederholen/hernach solches vornen auf den Wiederrüst und anfangenden Hals gradatim practiciren/aber wol in Acht nehmen/daß man das Pferd niemaln brenne/sonsten wäre alle Mühe und Arbeit verloren.

Wann es nun obbeschriebener massen solches alles leidet / solle man das Rohr anfänglich gantz schwach laden und von hinterwarts damit Feuer geben / ihme nach dem Schuß allemal caressiren und den Schuß je länger je mehr verstärcken und die Büchsen auch auf die Grouppe deß Pferds anlegē.

Und so das Pferd dieses alles auch gewohnt ist und leidet / alsdann soll man auch von forn (jedoch gradatim) Feuer geben und nach dem Schuß das Pferd caressiren.

Diß Exercitium muß man täglich continuiren/ Vor- und Nachmittag / so wird es sich gar bald geben und in allem gehorsamen.

Es ist aber dabey auch zu mercken / daß etliche Pferd Anfangs für dem Schuß sehr erschrecken/ die muß man deßwegen nicht schlagen oder viel mit ihnen poltern / sondern auf das allersittsamste als es seyn kan/ mit ihnen umgehen und seine Zügel darneben fest halten und es darmit straffen.

Jedoch will ich noch ein Mittel hierzu setzen/ welches solches auch corrigiret / nemlich man lasse ihme wäxerne Zapffen machen/so in die Ohren fein tieff hinein gehen / oben aber muß ein Schnürlein fest angemacht seyn / und nach deme das Wax recht nach dem Innwendigen deß Ohrs formiret ist/muß solches Wax mit einer Blasen überzogen werden/ damit wanns im Ohr warm wird / und man es oben bey dem Schnürlein wieder heraus ziehen wolte/ es nicht voneinander und in Stück sich begebe.

Diese Zapffen steckt man dem Pferd ins Ohr/ so ists taub und hört den Schuß nicht / hernach muß man den Zapffen je länger je höher heraus ziehen/ bis es den Knall deß Rohrs völlig gewohnet. Es dienen auch über diß diese Zapffen / wann die Pferd die Köpff Anfangs nicht untersich halten wollen/ wann man ihnen dieselben in die Ohren stecket / so werden sie den Kopff alsobald untersich halten und es desto besser gewohnen.

Wann nun ein Pferd in diesem vorgeschriebenen allzuwillig ist/ so thut man ihme das Sail um den Kopff und den Schiesgurt wie auch die Fessel hinweg/und treibt es mit der blossen Schieshalffter.

Und so man nun das Pferd an das Wild führen will / solle man solches nicht gerad und alsbald gegen dem Federwild zutreiben / sondern das Pferd gegen dem Wind führen/ bald hin und bald her wenden/von und zu dem Wild treiben/ damit das Federwild vorm Pferd fromm gemacht werde / dann sonsten wann das Federwild den Wind vom Menschen nur ein klein wenig vernommen/es alsbald auffstehet und darvon fleugt.

So

Hoc modo si equus à pedestri domitore ad promptitudinem, omnimodumque obsequium sit perductus, eques cum conscendat, processu N. XCIX. lit. a. b. c. d. indigitato, porrò observato; excepto quod postquam sclopo manuali fuerit assuetus, prælongum etiam tormentum, ipsi insidendo sit exonerandum. Postquam ergò à columnis liberatus exonerationem imperterrito animo, ab omnibus retinaculis liber, tulerit, gradum sæpius substiterit, finitaque Parada, habenas collo exceperit denuoque sclopi exonerationem intrepidus sustinuerit, equi venatorii characterem summâ cum gloria, communique cum suffragio merebitur.

Pauca hæc de formatione equi venatorii, ad aucupium formandi, annectere visum fuit.

Quod autem attinet reliqua, quomodo ad volucres persequendas aut deserendas nec non ad ipsam tormenti explosionem pergendum sit, perito venatori & aucupi expedienda relicta sunto. Cum instituti mei ratio eò sese non extendat, ut volucres sclopeto sternere, sed eò usque saltim equum perducere, docere voluerim, quomodo huic negotio adaptari & formari possit? Tantum itaq; de hoc etiam capite. conf N. CI. lit. c. N. CII. lit. d. N. CIII. lit. e.

So nun ein Pferd zu Fuß gut thut / kan man einen darauf setzen und mit ihme prpcediren / wie N. XCIX. lit. a. b. c. d. zu sehen ist / ausser daß man nach dem es das Pistol gewohnt ist / auch ein lang Rohr nehme und darauf schiesse / nach dem aus den Piliern herausgenommen / und frey auf ihme geschossen / offt parirt und nach der Parada die Zügel auf den Hals fallen lassen und Feuer gegeben / so es diß leidet / ists ein perfecter Schiesgaul und darff man sich damit wol sehen lassen.

Diß ist nun das Wenige / welches ich hiebey setzen wollen / nemlich einen Schiesgaul abzurichten.

Was nun das Ubrige anlanget / wie man an das Federwild treiben und davon treiben / auch wie man zum Schuß kommen solle / wird ein verständiger Waidmann schon hernach besser wissen damit zu procediren / sintemal mein Vornehmen hie nicht ist zu weisen / wie man das Federwild bürsten solle / sondern nur ein Pferd dahin zu bringen / daß man dasselbe darzu gebrauchen könne / und so viel auch von diesem Capitel. Besiehe N. CI. lit. c. CII. lit. d. N. CIII. lit. e.

De Frenatione equorum.

Folget nun von Zäumung der Pferde.

CAP. LVIII.

Quænam Equisoni equum affabrè frenaturo præcipuè sint perpendenda.

SI Equus occurrat frænandus, ante omnia pedetentim, postea passu, deinde succussando, tandem præpete concitatoque cursu exerceatur; ex quibus facilè ipsius posituram, capitis colliqúe constantiam aut inconstantiam, gressuum rectitudinem & coæqualitatem, posteriorum titubationem, capitis erectionem & depressionem deprehendet. Observabit insuper, an anteriores pedes satis sinuet, posteriores verò paribus passibus sequantur? num verò posteriores pedes in progrediendo priores transeant.

Visitabit secundò femora, an sana sint, firma, & talorum robore valentia? an planipes, plancus, an ungulis nimis gracilibus sit præditus nec ne.

Tertiò considerabit nates, acutæ ne sint, an obtusæ, latæ, validæ, an infirmæ sint.

Quartò inquiret an dorsi firmitate an imbecillitate ejusdem laboret? an os infra ephippii capitulum in fine colli prominens natibus sit sublimius? an verò hæ illo?

Das LVIII. Capitel.

Was ein Bereuter / welcher ein Pferd recht zäumen will / erstlich bedencken solle.

DEM allerersten / so einem ein Pferd zu zäumen vorkommt / soll man es lassen Fuß für Fuß / dann im Schritt / hernach im Trab reiten / und letzlich eine Cariera lauffen lassen / dadurch kan er schon sehen / was es für eine Postur machet / stet oder unstet von Kopff und Hals seye / ob es gerad und in gleicher Weite mit seinen Schenckeln gehet / ob es mit der Grouppe von einer Seiten zur andern schwanckt oder nicht / obs den Kopff untersich oder übersich halte / obs fornen mit den Schenckeln weit fürsich greifft / und eine gleichmässige Folgung mit den hintern machet / oder obs mit den hintern Füssen besser / als mit den fordern avancirt.

Fürs ander / solle er ihm seine Schenckel besichtigen / ob dieselbe gesund / und schwach oder starck von Knochen? obs voll-zwang-oder blatthüffig / oder nicht seye.

Drittens / die Grouppe observiren / ob dieselbe spitzig / abgeschliffen / breit / starck oder schwach seye.

Vierdtens / ob das Pferd einen starcken oder schwachen Rücken habe; Ob der Wiederrüst höher als die Grouppe, oder ob die Grouppe höher als der Wiederrüst.

Quintò, observandum est, collum, an cygneum sit, curtum, tenue, crassum, sursum an deorsum vergens.

Sextò caput examinandum est, an latiores an angustiores, magnas an parvas nares habeat ? an crassas atque carneas habeat buccas, an verò exiles saltim & graciles ? an genæ latæ sint, an tenues, an inferius prolixæ, an verò coarctatæ ? Lingua intra genas an angustum, an latum, profundum, an brevem habeat canalem? Caput ipsum an grande, crassum, breve sit, an longum ? os profundum ne sit an breve, latum an angustum? buccæ an sint acres, an exigua carnis massâ obductæ, an verò carnosæ sint & spissæ ? os an crassa labra habeat, an rara ? Labra an sint læsa, an crassa, inflexa an corrupta ? an buccæ labris obtegantur ? Lingua an sit spissa, an rara, longa an brevis, lata an tenuis? os, an humidum sit an siccum ? dentes an æquali an verò inæquali ordine sint dispositi.

Mentum etiam imprimis inspiciatur, quàm diligentissimè, an longum, breve, crassum, tenue, gracile, aut carnosum sit, cùm catenulæ mentum cingentis operatio sit maxima.

Hæc omnia prius perpendet Equiso, antequam ipsam frenationem aggrediatur, si enim ullâ in re præposterè egerit, damnum quod paucis diebus Equo intulit, per integrum vix annum poterit resarcire, paucis admodum nostris temporibus frenationi exquisitè addiscendæ operam navantibus; sed aliquot canistra frenorum ramis repleta ab opifice calcarium, aut ex armario arcessitis, bigam ramorum modò hanc, modò illam equo applicant, donec tandem aliquam repererint, quam equis convenientem existimant, quo quidem pacto errorem committunt turpissimum. Quamvis enim nonnunquam rami frenorum applicatu sint idonei, orea tamen contraria est : & orea licet aliquando conveniat, rami tamen minus congruunt.

Nonnulli eò temeritatis prolabuntur, ut omnes indifferenter equos unicâ ramorum bigâ se frænaturos polliceantur, id quod itidem vanitate non caret.

Nonnulli utuntur subsidio opificis calcarium, aut ex armario accersito adminiculo, quod mysterium tanti faciunt, ut Herculi potius clavam, quam ejusdem arcani promulgationem illis extorseris : Bigam enim habent ramorum claviculatim striatam, quam modò curvam, modò rectam, longam aut brevem, oreâ pro lubitu aptata, intorquere & retorquere possunt.

Hanc tamdiu equo aptant, donec modum inveniant equo convenientem, postmodum ramos in chartam positos describunt, calcariumq; opifici typum illum quasi re optimè gesta, imitandum proponunt.

Fünfftens muß der Hals in Acht genommen werden/ob derselbe lang/kurtz/ dünn/ dick/unter- oder übersich gewachsen.

Zum sechsten / muß der Kopff besehen werden/ ob er eng oder weite / grosse oder kleine Naslöcher habe ; ob er dicke oder fleischichte Kinbacken / oder dünne und dürre habe ; ob die Backen breit oder schmal/ob sie unten weit oder eng beysammen stehen ; ob die Zunge darzwischen einen engen/ weiten/ tieffen oder feuchten Canal habe ; Ob der Kopff am Pferd groß/ dick/ kurtz oder lang seye; Ob es ein tieffes oder feuchtes/weit oder enges Maul habe; Ob die Laden scharff / mit wenig Fleisch bewachsen / oder ob sie starck und fleischicht seyen ; Ob das Maul dicke oder dünne Lefftzen habe ; Ob die Lefftzen wund/ dick/ eingebogen oder verderbt seye ; Ob die Laden oder Biller damit bedeckt werden; Obs eine dicke oder dünne/ kurtze oder lange/ breite oder schmale Zungen habe ; Obs ein feuchtes oder trockenes Maul habe ; Ob die Hacken gleich oder ungleich stehen.

Man muß auch fürnemlich das Kin betrachten/obs lang/kurtz/dick/ dünn / mager oder fleischicht seye / dann an der Kin-Ketten die meiste Operation hangt.

Dieses alles solle ein Bereuter vorhero betrachten / ehe er sich unterstehet / ein Pferd zu zäumen / dann so er im geringsten das Widerspiel brauchet / so wird er mehr verderben in einer Wochen/ als er in einem gantzen Jahr wieder gewinnen kan: Sintemal heutigs Tages sich ihrer wenig mehr darauf legen / ein Pferd zu zäumen/ sondern lassen einen Korb voll Stangen nach dem andern von dem Sporer holen / oder von der Rüstkammer herunter tragen / und dem Pferd ein paar Stangen um das andere anlegen/so lang bis sie ein paar finden/daß sie meinen/dieselbe sich schicken würden/ist aber offt gar weit gefehlet/dann ob schon bisweiln die Stang sich schicket/so ist doch das Mundstück contrar, und ob schon das Mundstück gut / so taugen doch die Stangen nicht.

Ja es sind etliche so vermessen / daß sie Promessen thun / mit einem paar Stangen alle Pferd zu zäumen/so auch den Stich nicht hält.

Etliche haben den Sporers Dictionarium, und diß ist bey ihnen ein solch Geheimniß / daß sie es offentlich niemand sehen lassen ; Dann sie haben ein paar Stangen/welche man krumm/grad/lang oder kurtz / auch nach Belieben ein Mundstück aus- und das andere hinein schrauben kan.

Diese legen sie einem Pferd an / so lang und viel / bis sie eine Postur finden / dann legen sie die Stangen auf ein Papier / reissens ab / alsdann mit zum Sporer/und dann ist die Glock gossen.

Wann

Verum enim verò cum vix una aut altera vice equum exercueris, error manifestè proditur. Quæ charta si Equisonibus excideret, tunc ut loquuntur vulpeculæ scholasticæ; tota etiam scientia vaderet.

Provinciæ insuper genium, gressuumq; morem optimè perspectum habeat Equiso, quippe quæ maximi momenti res est; aliter enim cantherius Frisius, aliter equus subtilis Turcicus aut Barbarus, aliter Italus aut Hispanus, aliter Pannonicus, aliter tolutarius, aliter gradarius, frænatus esse debet, aliter equus in trigario exercitandus.

Wann man aber ein paarmal das Pferd darinnen reitet / so findet man den Fehler: Da aber dieser Doctors-Peltz ihnen genommen würde / so wäre die Kunst auch mit hinweg.

Es solle auch ein Bereuter die Lands-Art und den Gang der Pferde wol betrachten / daran sehr viel gelegen / dann anders ein Friesischer schwerer Hengst / als ein subtil Türckisch oder Barbarisch Pferd / wie auch ein Italiänisch oder Spannisch / als ein Ungarisches / anderst ein Paßgänger / Zelter / als ein Pferd auf der Schul muß gezäumt seyn.

Cap. LIX.

De sectione & distinctione ramorum.

QUanquam variæ sint sectiones sive distinctiones ramorum: brevitatis tamen studio ductus, unicam tantum apponere visum est, ex genuino fundamento deductam. Conficiatur primò recta linea, ramique secundum eandẽ in tres partes distinguantur, in partem scilicet supremam supra oream sese extendentem, mediam cui orea immittitur, & infimam, cui inseruntur habenæ.

Equo igitur si bigam ramorum immittere, cumque frænare animus sit, os prius interius & exterius visitetur, profundumne an breve sit; buccæ insuper & dentes & lingua inspiciantur, ut manifestum fiat, lata ne angusta orea, copiosa ne ferri quantitas an modica, linguæ libertas plena ne, semiplena, an nulla planè requiratur.

Tertiò, mentum, maxillæ, & collum cum pectore explorentur, ut longi ne an breves, recti an inflexi, duri, mediocres an molles rami sint necessarii? Pauca hæc si ex principiis fundamentalibus equestris artis frænare equum voluerit Eques, necessario sunt consideranda. conf. N. I.

Ita tamen singulorum ramorum distinctio instituenda est: Ducatur primo recta linea, super qua deinde tres illæ partes supra memoratæ, hoc modo dispescantur: Si sursum rami frenare, lenesque fieri debeant, id quod familiare est omnium ramorum lenium, suprema ramorum pars, minimè tamen ultra dimidii aut quadrantis digiti spatium in anfractum convolvitur, ocello retorto, incurvatura media, aliquantisper sublevatâ, ostioque infimæ ramorum partis ponè lineam, nunquam tamen ultra digiti totius, aut quadrantis superadditi spatium collocato. conf. N. II.

In distinctione secunda, suprema ramorum pars recta super lineam incidit, ocellus directè descendente medio ramorum incurvamine, extremitati oreæ parallelo, extremâ verò ramorum parte cum ostio super lineam rectam incidente: ut cum ocello supre-

Das LIX. Capitel.

Von Abtheilung der Stangen.

ES sind der Abtheilungen der Stangen mancherley / jedoch habe ich / um Kürtze willen / nur eine setzen wollen / welche aus dem rechten Fundament gehet. Erstlichen mache ich eine gerade Lineam, und theile darnach die Stangen in drey Theil / ins Ober-Theil so über dem Mundstück ist / in das Mittlere / in welches das Mundstuck kommt; und dann in das Untertheil / worein die Zügel kommen.

Wann man nun einem Pferd ein paar Stangen anthun / und es zäumen will / solle man vorhero das Maul auswendig und innwendig besichtigen / obs tieff oder seucht seye / wie auch die Biller / Zung und Hacken / damit man sehe / obs ein groß weites oder enges Mundstück / viel oder wenig Eisens / gantze / halbe / oder gar keiner Freyheit bedürfftig.

Drittens / das Kin / die Kinbacken / den Hals und die Brust / damit zu erfahren / ob die Stangen lang oder kurtz / gerad oder geschweifft / hart / mittelmässig oder leis seyn müssen; Diß wenige muß ein Reuter betrachten / wann man das Pferd aus dem Fundament zäumen will. Besiehe N. I.

Es ist aber die Abtheilung jeder Stangen also fürzunehmen: Man ziehet erstlich eine gerade Lineam, alsdann theilt man die obbeschriebene drey Theil der Stangen darauf aus / nemlich also: Solle die Stangen übersich zäumen und gar leis werden / (dann alle leisse Stangen zäumen übersich /) so wird das Obertheil der Stangen etwas hintersich gerichtet / doch niemaln über einen halben oder gantzen Viertheil Zolls / das Aug siehet auch hintersich / der Mittelbug wird etwas aufgezogen / und das Klobloch deß untern Theils der Stangen / kommt hinter die Lineam zu stehen / doch niemaln über ein Zoll oder fünff Viertheil Zolls. Besiehe N. II.

In der andern so kommt das Obertheil der Stangen gerad auf die Lineam, das Aug siehet gerad / der Mittelbug der Stangen / wird dem End deß Mundstücks gleich gerichtet / und das äusserste Theil der Stangen mit dem Klobenloch / kommt recht gerad auf die Lineam zu stehen / daß es recht auf der

mæ rami partis accuratè super lineâ correspondeat. Et hi quidem rami frænando itidem sursum caput dirigunt, primis tamen aliquantò sunt duriores, quapropter & sursum,& simul ita frænant, ut nares, & caput versus equi corpus vergant: ita ut hæc frænatio inter duram & lenem sit intermedia. conf. N. III. IV.

In distinctione tertia suprema ramorum pars vel recta permanet in ipsa linea, vel ad dimidii quadrantis saltim digiti spatium lineam transcendit, ocello antrorsum flexo; curvamine in quo orea definit ipsa oreæ extremitate magis depresso, ostio verò ultimæ ramorum extremitatis pro lubitu lineam,quamvis ultra digiti spatium nunquam fieri debeat, inferius transcendente. Tertia hæc ramorum distinctio verè dura est frænatio, frenatque deorsum. conf. N. V.

Methodus hæc ramos distinguendi, juxta principia mathematica est compendiosissima: Nunc porrò de longitudine eorum aliquid dicendum restat.

Invenias equidem non paucos prælongis ramis admodum delectantes, & nescio quem ornatum in illis quæritantes: Quibus statim è diametro repugnant alii, ramusculos saltim exiguos curtosq; magni æstimantes, ex quibus autem neutra opinio probanda est.

Certum quidem est quanto breviores ramos equo adaptaveris, tantò melius rem fore comparatam: In hoc tamen puncto & collum & caput equi consideranda veniunt; ex quibus tanquam exemplaribus imitationis sunt capienda specimina, curtine an longi,curvine an recti rami sint fabrefaciendi.

Communis mos qui hactenus obtinuit, hic est,ut infra oream,ultra spithamam rami non descendant; quæ quidem longitudo plerumque cum genuina positura conciliari potest. Interdum tamen minus etiam quadrat.

Longitudinem autem quod attinet nullus ramus pedem cum tribus digitis longitudine excedat, nisi operatione aut effectu eundem velis cariturum, id quod etiam si ramus pro staturæ equi qualitate nimis esset decurtatus,futurum esset.

Brevitatem verò quantum concernit, pro equorum indigentia illa poterit coarctari.

Curvationes autem modò tribus locis memoratis harmonicè rami conveniant, planè possunt negligi, cùm frenatio nihilominus futura sit genuina.

Proindè futiliter hodiè errant illi,qui rejecto frænationis modo ex fundamentalibus principiis deducto,ramos saltem anfractibus & summitatibus excelsis crepitant atque deblaterant; caussantes, formam hanc nuperrimè in Galliâ excogitatam, ac proinde esse præ omnibus aliis exosculandam.

Linea mit dem Aug am Obertheil der Stangen correspondiret / und diese Stangen richten zwar auch übersich / doch sind sie schon etwas härters als die ersten / deßwegen sie herbey und übersich miteinander zäumen / ist also die Mittelstrassen zwischen der harten und leisen Zäumung. Besiehe N. III. IV.

In der dritten läst man das Obertheil der Stangen entweder gerad an der Linea stehen / oder einen halben oder gantzen Viertheil Zolls über die Lineam hinausgehen und das Aug fürsich sehen / ziehet den Bug allwo das Mundstück aufhöret / dem End deß Mundstücks niederer / und läst alsdann das Kiobloch an dem äussersten End der Stangen unten her / auch für die Lineam hinaus lauffen so weit man will / doch niemaln über einen Zoll / welche dritte Abtheilung nun eine rechte harte Zäumung ist / und untersich zäumet. Besiehe N. V.

Diß ist der allerkürtzeste Weg / eine Stangen recht nach dem Fundament auszutheilen. Nun solle auch etwas von der Länge derselben vermeldet werden.

Es sind ihrer gar viel / die auf die Länge der Stangen halten / und es für eine sonderbare Zierd und Wolstand achten / wann ihre Pferd grosse und lange Stangen anhaben; Etliche hingegen halten das Contrarium, und brauchen nur kleine Stänglein / welches letztere aber eben so wenig nutzet / als das erste.

Zwar ist es nicht ohn / je kleinere Stangen man haben kan / je besser es wäre / aber man muß in diesem Stuck den Hals und Kopff deß Pferds in Acht nehmen / nach welchem man dann die Stangen kurtz oder lang / krumm oder gerad machen kan.

Die gemeine Weis ist diese / daß man die Stangen unterhalb deß Mundstücks nicht länger als eine Spannen lang machet / trifft zwar gar offt mit der rechten Postur ein / doch fehlet es auch zu weilen.

Und solle / was die Länge anbetrifft / keine Stang in ihrer gantzen Länge über einen Schuh und drey Zoll lang seyn / sonsten sie keine Operation haben wird / wie auch / so sie gar zu kurtz nach Proportion deß Pferds wäre.

Die Kürtze derselben betreffend / kan man sie so kurtz machen / als die Pferd es erfordern.

An der vielen Krümme derselben ist nichts gelegen / wann sie nur an ihren gemeldten drey Orten übereinstimmen / so ist die Zäumung schon recht.

Und irren die gar sehr / welche heutigs Tages die Fundamental-Zäumung verwerffen / und nur lauter Stangen mit Überwürffen und hohen Obertheil haben wollen / vorgebend / daß diß die rechte Frantzösische Mode seye / ergò so muß sie gut seyn.

Quæ quidem suo loco relinquam concedendo (ne plorent miselli) formam istam in Gallia inventam, bonam esse, Gallis ex parte ingenii acie, inventionumque solertiâ nulli sub cœlo Nationi facilè cedentibus; formam tamen istam, in Gallia inventam, ab imperitis nostris calcarium opificibus, pingendi habitu destitutis, frenationisque notitia cassis, convitiis miserè proscissam, depravatam atque incurvatam esse, quotidiana ad nauseam clamat experientia.

Nun laß ich diß an seinen Ort gestellet seyn/ und gib gerne zu/ daß diese Mode in Franckreich erfunden und gut seye/ wie dann die Frantzosen theils auch scharffsinnige Leut von guten Inventionen seyn/ allein wie solche Mode-Stangen/ welche von theils ungeschickten Sporer die nicht reissen können vielweniger das Zäumen verstehen/ verlästert/ verzogen und verkrümmt werden/ gibt die tägliche Erfahrung genugsam an den Tag.

Sed ut è diverticulo in viam ad ramos anfractibus constantes, redeamus, si affabrè sint fabrefacti, distinctio fundamentalis in illis equidem etiam occurrit, id quod examinatione directionis sive reductionis eorum ad oculum demonstrabo, fundamentum sc. illis æquè ac nostris Germanicis sive Italicis ramis inhærere. Ramus ejusmodi si secundum lineam rectam distinguatur, occurret primò excelsa summitas, retrorsum admodum adunca, media ramorum pars in curvamine sita est, sicut in aliis ramis fieri solet: Anfractus autem in tantum lineam transcendit, ut ramus admodum durus, qui deorsum frænaret, appareat.

Allein wieder auf die Stangen mit den Uberwürffen zu kommen/ wann sie recht gemacht sind/ so ist auch warhafftig die Fundamental-Abtheilung darinn/ will also allhier solche Richtung examiniren/ und klar vor Augen stellen/ daß sie das Fundament/ wie unsere Teutsche oder Italiänische Stangen haben. Wann man eine solche Stangen nach der geraden Linea abtheilet/ so wird man erstlich ein hohes Obertheil/ welches sich sehr hintersich sencket/ finden/ das mittler Theil der Stangen ist im Bug/ wie andere Stangen/ der Uberwurff aber der Stangen gehet so weit über die Lineam hinaus/ daß es scheinet/ als wann die Stang eine sehr harte Stang wäre/ und untersich zäumete.

Ducatur autem à rami ejusdem ocello ad ostium usque recta linea, & ex admoti circini examine, an ramus lenis, duræ, an mediocris sit frenationis, facilè erit manifestum. Tam accuratè enim prodibit distinctio, quam vix in ramo ad Germanorum aut Italorum formam fabrefacto, deprehendas. conf. N. VI.

Man ziehe aber eine gerade Lineam vom Aug derselben Stangen bis auf das Klobloch/ und messe mit dem Circul dann/ so wird sich befinden/ ob die Stange leise/ hart/ oder mittelmässiger Zäumung seye/ dann die Abtheilung so warhafftig herauskommen wird/ als nimmermehr an einer Stangen seyn mag/ so auf die Teutsche oder Italiänische Manier gemacht ist. Besiehe N. VI.

Observandum autem hic etiam illud est, neminem sibi fingere debere, solis ramis equi frenationem absolvi, sed insuper requiritur, ut equus in trigario pastomide & lectionibus eò prius disponatur.

Es ist aber darbey auch dieses zu mercken/ daß man sich nicht einbilden solle/ daß die Stangen allein die Zäumung am Pferd seyen/ sondern es erfordert auch/ daß das Pferd zuvor wol mit dem Cavezon und Lection auf der Schul dahin gerichtet werde.

Alius enim equus est cursorius, qui quidem ad concinnam posituram frænationis subsidio etiam est perducendus, ut fræno possit coerceri; alius autem est equus in Catadromo formandus, quantus quantus ad absolutam perfectionem assequendam destinatus.

Dann ein anders ist ein Land-Pferd/ welches zwar auch gezäumet werden muß/ daß es eine gute Postur hat/ und mans halten kan/ ein anders/ ein Schul-Pferd/ welches in allem seinem Thun seine vollkommene Perfection haben will.

Occurrunt præterea nonnulli equi, naturæ inclementiâ ita deformati, ut ad nullam posituram sint reducibiles; Ejusmodi Equi per vim ad decoram posituram cogendi, non sunt, sed concessa libertate, ejusmodi duntaxat ramis frænandi, quibus cohiberi & equitari possint; cujus rei vivâ nobis ideam equi Turcici, Pannonici & Sarmatici repræsentant; qui raro longioribus ramis equitationem sustinent, sed curtos plerumq; lenesque ramos postulant.

Uber diß sind auch Pferd/ die also gewachsen sind/ daß sie gantz keine Postur machen können/ dieselben solle man nicht mit Gewalt in eine Postur zwingen/ sondern sie frey lassen/ und nur mit Stangen zäumen/ darauf man sie halten und reiten kan/ welches fürnemlich an den Türckischen/ Hungarischen und Polnischen Pferden zu sehen/ die gar selten sich auf langen Stangen reiten lassen/ und meistentheils kurtze und leise Stänglein haben wollen.

Cæterum de excelsis aut prælongis istiusmodi ramorum summitatibus sciendum est, catenulas mentum stringentes libenter sursum ferri, quæ retrorsum satis sunt deprimendæ, quod remedium malo huic erit

Uber diß/ so ist von den langen oder hohen Obertheilen der Stangen zu wissen/ daß die Kin-Ketten gerne steigen/ dieselbe solle man nur wol zuruck sencken/ so ist dem Ding schon geholffen; Wann an einem paar Stangen die Kin-Ketten steiget/ solle man

præsentissimum. Si itaque catena mentum cingens in ramis sursum feratur, uncus in superiori parte aliquantisper inflectatur, & in transversum recta articulo catenulæ inseratur, quo modo res etiam erit expedita.

Equis ramos pectori admoventibus rami adaptentur decurtati, aut loco catenulæ in inferiori ramorum parte per ostium traijciantur integri radii ferrei, qui retinaculorum vices subibunt. Rami autem ejusmodi omnes sursum se erigant, orea ad eandem planè formam etiam ita comparatâ.

man nur den Hacken oben etwas schweiffen / und gerad herüber gehen lassen / das wehret dem Steigen auch.

Wann die Pferd die Stangen ansetzen / denen solle man kurtze Stangen geben / oder an statt der Ketten unten an die Stangen durchs Klobloch gantze Stänglein machen / so wirds auch helffen heben / solche Stangen müssen aber alle gemacht seyn / daß sie sich übersich richten / wie auch das Mundstück darnach beschaffen seyn.

Cap. LX.

De Oreis.

OMnes oreæ pro oris equini conditione debent esse formatæ, ne crassitie, tenuitate, hispiditate, latitudine, altitudine, aut angustiâ exorbitent, aut equus in ore vel lingua læsus perturbetur. Equo autem in Hippodromo formando clausa, nec ullo modo aperta orea concedenda est.

De discrimine orearum.

1. Omnes oreæ clausæ, lenes sunt, ut & cornicula venatoria, sive pedes damarum formam referentes.

2. Omnes oreæ cornicula venatoria repræsentantes, semiplenam linguæ libertatem concedunt.

3. Omnes oreæ guttur sive collum anserinum repræsentantes, duriores sunt, plenam linguæ libertatem concedentes.

4. Omnes oreæ cavæ lenes sunt.

5. Omnes oreæ turbinatæ duriores sunt.

6. Omnes oreæ verticillis pruniformibus, prioribus adhuc duriores sunt. His succedunt oreæ pyriformes, pomiformes, campaniformes, oliviformes, peponiformes, non nisi necessitate exigente in hippodromo imprimis usurpandæ, cùm repentè vulnera ori infligant.

7. Omnes oreæ integræ, equis applicandæ sunt quâcunq; inconstantiâ laborantibus.

8. Omnes oreæ arcu cadente constantes, & libertatem linguæ concedunt, & insimul eandem in potestate retinent.

9. Nulla apertura linguæ libertatem concedens, digiti, aut in linguis crassissimis digiti & quadrantis spatium excedat.

10. Omnes oreæ guttura anserina præ se ferentes supra linguam frænum immittunt.

Das LX. Capitel.

Von den Mundstücken.

ALle Mundstück sollen nach deß Pferds Maul gerichtet werden / damit sie nicht zu dick / zu dünn / zu scharff / zu weit / zu hoch / oder zu eng seyen / damit das Pferd weder im Maul noch an der Zungen verletzt / und also irr gemacht werde; Einem Schulpferd aber / so nicht dressirt / gebühren geschlossene / und keine offene Mundstück.

Vom Unterscheid der Mundstücker.

1. Alle geschlossene Mundstück sind leiß / wie auch die Jägerhörner oder Gemsenfüß.

2. Alle Jägerhörner geben halbe Zungen-Freyheit.

3. Alle Gänßkrägen geben gantze Zungen-Freyheit / und sind härter.

4. Alle Holbiß sind leiß.

5. Alle Kappen-Mundstück sind etwas härter.

6. Alle Spillings-Waltzen sind noch härter. Nach diesen die Birn-Mundstück / Apffel-Mundstück / Glocken-Mundstück / Oliven / Melonen / welche ohne sonderbare Noth / bevorab auf der Schul / nicht zu gebrauchen / dann sie bald wund machen.

7. Alle gantze Mundstück sind für unstete Pferde.

8. Alle fallende Galgen geben Zungen-Freyheit / und haben doch die Zunge à commando.

9. Keine Zungen-Freyheit solle über ein Zoll / oder bey gar dicken Zungen 1¼ Zoll weit seyn.

10. Alle Gänßkrägen zäumen auf die Zung.

Cap. LXI.

Sequuntur vitia quædam in frænatione observanda.

1. CAput crassum & prægrave, duris ramis minimè oneretur, sed inflexos

Das LXI. Capitel.

Folgen nun etliche Mängel / so man im Zaumen betrachten solle.

1. EIn dicker und schwerer Kopff will durchaus nicht mit harten Stangen gefangen seyn /

efflagitat, in quibus ostium, deorsum satis retrorsum ponè lineam vergat.

seyn/sondern man muß ihme geschweiffte Stangen geben / an welchen das Klobloch unten wol zuruck hinter die Lineam kommet.

2. Equus capitis colliq́ue inconstantiâ laborans, duris ramis similiter urgendus non est, sed inflexos etiam ramos, integramq́ue oream exigit; in quibus ramis ostium eodem modo ponè lineam deorsum vergat.

2. Einem Pferd / das unstet von Kopff und Hals ist / solle man keine harte / sondern auch geschweiffte Stangen geben / an welchen das Klobloch auch hinter die Lineam unten komme / samt einem gantzen Mundstück.

3. Equus angusto canali præditus, libertatem linguæ postulat, nec perferre potest in ore superfluam ferri molem; lenes præterea & retrorsum aduncos ramos exigit.

3. Einem Pferd / welches einen engen Canal hat/solle man Zungen-Freyheit/und nicht viel Eisen ins Maul/darneben leise und hintersich geschweiffte Stangen geben.

4. Equum collo cygneo & gracili constantem, curti, lenes, & retrorsum inflexi rami decent.

4. Einem Pferd mit einem langen und dünnen Hals gebühren kurtze und doch leise und hintersich geschweiffte Stangen.

5. Collum curtum & grave, ramos requirit lenes & retrorsum inflexos.

5. Ein kurtzer und schwerer Hals erfordert hintersich geschweiffte und leise Stangen.

6. Collum cervinum curtos lenesq́ue ramos flagitat.

6. Ein Hirschhals erfordert kurtze und leise Stangen.

7. Collum supernè crassius quam infernè, ramis opus habet sursum erigentibus.

7. Ein Hals/welcher oben dicker und schwerer/ als unten/ erfordert Stangen/ welche übersich richten.

8. Collum incurvatum & jubam versus crassum, rectos quasi ramos postulat, sursum erigentes.

8. Ein krumm-gebogener / und oben bey den Mähnen dicker Hals / erfordert gleichsam gerade Stangen/so übersich richten.

9. Maxillæ crassæ & latæ lenes inflexosq; ramos efflagitant.

9. Dicke und breite Kinbacken wollen geschweiffte leise Stangen haben.

10. Lingua prælonga multum ferri, & parum libertatis in ore requirit.

10. Ein lange Zung will viel Eisen / und wenig Freyheit im Maul haben.

11. Lingua prægrandis & crassa parum ferri, oreæq́ue libertatem postulat.

11. Eine grosse dicke Zung erfordert wenig Eisen und Freyheit deß Mundstücks.

12. Linguam si equus deorsum protendat, orea necessaria est vertebris flexilis, qua ludere possit, semiplenamq́ue linguæ libertatem tribuit; si verò lingua esset tenuis, libertas linguæ prorsus adimatur.

12. Zungen unten ausstrecken / erfordern ein gewerbichtes Mundstück / das spielen machet/ und halb Zungen-Freyheit giebet / so aber die Zung dünn wäre/soll man ihme keine Freyheit geben.

13. Linguam si equus sursum protendat, multam ferri massam in os desiderat, arcumq́ue cadentem postulat; in convexitate superna satis amplum.

13. Zungen übersich ausstrecken/ erfordert viel Eisen ins Maul/und einen fallenden Galgen/ welcher in der Runde oben zimlich weit ist.

14. Equus linguam retrorsum in rictum retrahens plena libertate oreaq́ue vertebris flexili & ad lusum mobili opus habet.

14. Zungen in den Rachen hintersich ziehen / erfordern gantze Freyheit / und ein gewerbichtes Mundstück / das gerne umlaufft und zum Spielen anreitzet.

15. Equo os contorquenti, rami recti, unâ cum oreâ integra applicentur.

15. So manches Pferd das Maul krümmet/ deme soll man gerade Stangen mit einem gantzen Mundstück geben.

16. Os laxum, oream laxam nanciscatur.

16. Weites Maul / dem solle man ein weites Mundstück geben.

17. Os angustum angustâ oreâ muniatur.

17. Enges Maul / dem soll man ein enges Mundstück geben.

18. Os nimis profundum copiosâ ferri massâ impleatur.

18. Ein gar zu tieffes Maul/ diesem gehört viel Eisen in das Maul.

19. Os perbreve nimiam ferri substantiam respuit, oreamq́ue vertebris flexilem, ad lusum allicientem expetit.

19. Ein gar zu feuchtes Maul / deme gehört nicht viel Eisen ins Maul/ und gewerbichte Mundstück/welche gerne spielen.

20. Equis ora diducentibus, depressæ & vertebris flexibiles oreæ, lusui aptatæ immittantur.

20. Maul auffsperren / denen soll man niedere und gewerbichte Mundstück mit einem Gespiel geben.

21. Os siccum, parum ferri, sed oream lusoriam exigit.

21. Truckenes Maul / deme soll man nicht viel Eisen ins Maul / sondern ein spielendes Mundstück geben.

22. Ori vulnerato leni oreâ prospiciendum est.

23. Buccæ nimis acres, oreas postulant lenes, ut sunt oreæ cavæ, oreæ clausæ, sive corniculis venatoriis, sive pedibus damarum similes, oreæ vel cum vel sine arcu cadente.

24. Buccæ laceratæ, sanandæ prius, deinde variis oreis pedibus damarum similibus sunt imbuendæ.

25. Buccæ callosæ, cuteque & cartilagine obductæ, oreis cavis cum corniculis venatoriis implendæ sunt, Euo vel super linguam, vel super mentum frænato.

26. Buccæ eminentes & tenues, oreis itidem corniculis venatoriis constantibus instruantur.

27. Buccæ immodicè depressæ copiosam ferri massam in os, lenesque & lusorias oreas efflagitant.

28. Buccis emortuis orea cava, & quidem lenis indulgeatur, equo supra linguam, aut mentum frænato.

29. Labra crassa, supra buccas prominentia, & deorsum pendentia, oreas postulant extrinsecè labra versus ex crasso ferro fabrefactas, integras, mobiles & vertebris flexiles.

30. Equis dentibus oream mordentibus oreæ integræ quadrant.

31. Equis oream glutientibus arcus excelsus, & quidem cadens convenit.

32. Brochi si inæquali maceria à se invicem distent, excutiantur, surrogatâ oreâ ori conveniente.

33. Mentum defricatum, catenula cingatur hamis commissa, quæ sursum ferri nequit.

34. Mentum nimis gracile & osseum, opus habet catenula leni, lævi, quæ sursum ferri nequeat, & si necessitas exigat, ex mero ferro constet.

35. Mentum crassum & carnosum catenulis angulatis cingi potest.

36. Menta vulnerata & sæpius sanata, callosa & insensili cute constantia, si omnes reliquæ catenæ sint imbecilliores, catenis cingantur rotundis nodulis munitis.

37. Pectori si caput equus admoverit, erumpatque; huic bigam ramorum rectorum applicato, concessa linguæ libertate, & radio ferreo coactorio superaddito.

38. Equus si depresso capite progrediatur, cujus buccæ sunt emortuæ, lingua crassa, maxillæ laxæ, canalis angustus, huc rami inflexi inserantur orea turbinata corniculo venatorio constans, concessa plenariâ linguæ libertate, aut arcus cadens ad venatorium corniculum.

22. Verwundtes Maul / an dem soll man leise Mundstück gebrauchen.

23. Gar zu scharffe Laden (Biller) wollen ein gelind Mundstück haben / als da sind Holbiß / geschlossene oder mit Jägerhörnern / (Gembsen-Füssen) mit oder ohne fallende Galgen.

24. Zerrissene Laden / die muß man vorhero heilen / und hernach allerhand Mundstück mit Gemsen-Füssen geben.

